

KAIS. KÖN. HOF



BIBLIOTHEK

21.501-B

ALT-

Ms. 28. G. 75.





21501-B.

C. No 307. a

And: Galli.


C. 377

S I L V A
PARNASSI PANNONII

Q V A M O F F E R T

GEORGIUS ALOYSIVS SZERDAHELY

ABBAS S. MAVRITII DE BOTTH, CATH. ECCL. VACIENSIS
CANONICVS, AA. LL. ET PHIL. DOCTOR, SAC. CAES. ET
REG. APOST. MAIESTATIS CONSILIARIVS, ET AD EX-
CELSVM CONSILIVM REGIVM LOCVM TENENTIALE
HVNGARICVM IN COMMISSIONE STVDIORVM
ASSESSOR, ET REFERENS.




B V D A E,

TYPIS REGIAE VNIVERSITATIS PESTANAE

1803.

7.2.9



PRAELOQVIVM.

Silua haec inter alias occupationes nata est; erat enim mihi solenne, dum licuit, ab officio parumper diuertere, et in Disciplinis Humanitatis, sinuque Bellarum Artium quietem capere; nonnumquam etiam cum Musis, et Poetis canere, versuque colludere:

Haec

PRÆLOQVIUM

Haec Studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, aduersis perfrugium, ac solatium praebent; — vere dixit, et, quod ego, expertus est princeps Eloquentiae Romanae Cicero. Materiam Carmini non tam quaerere, quam consulto legere debui; eam enim Tempus, et Casus saepe numero obtulit, sed non semper aut Res oblata calorem, spiritumque poeticum indidit, aut Ratio muneris mei publici otium ad commentandum fecit: quis enim ita se beatum possit dicere? Tum quoque, cum potestas feriandi, canendique data est,

illa

PRAELOQVIUM.

illa prae aliis, et non alia modulationis argumenta arripui, quam quae vel singularem quamdam Virtutem sua in pulchritudine commendabant, vel Vitii alicuius deformitatem prima in fronte ostendebant; seu, quod idem est, Genio mea adridebant. Ceterum utroque hoc in genere ita stygium, et versum instruere, ducereque volui, ut e Virtute quidem Honorem suis cultoribus nominatim tribuerem; sed contra e Vitio nullius unquam nomini Labem adspergerem; nomen, et personam oculo, rem ipsam dico, et hoc quoque generatim, vereque pro-

nun-

PRAELOQVIUM.

nunciare audeo: me non tam in notandis
 Vitis, quam celebrandis Virtutibus volu-
 ptatem ponere, chordasque meas ad encomia
 potius, quam vituperia increpare; utrobique
 memor legis illius; quod, siue hoc agant,
 siue illud alterum faciant Poetae, ingenium,
 moremque Artis optimaе sequi debeant, et
 docere. — Ad mea Carmina quod adtinet,
 iam olim, anno abhinc quarto decimo, ali-
 quam eorum syllogen typis Vindobonensibus
 euulgauit, sparsitque per Germaniam libe-
 ralius, quam per Patriam Vir immortalis
 MAXIMILIANVS HELL, Astronomus

Caesa-

PRÆLOQVIUM

*Caesareo-Regius; vide ego nunc quaedam
stirpitus refecanda, nonnulla suo cum vigore
hanc in Siluam transferenda, plurima aliam
in formam conuertenda, et nouo virore do-
nanda esse censui. Accessere plura, et forte
quaepiam prioribus illis digniora; quae vel
adhuc priuatas inter chartas adhaesere, vel
per folia duntaxat volantia fuere in lucem
missa: omnia, ut ego quidem existimo, ita
comparata, ut in iis, si non plena animi mei
imago, characteres certe aliqui, et linea-
menta non vana conspici possint. — Ordo
Versuum est ille, qui solet esse Arborum in
Silua;*

PRAELOQVIUM,

*Silua; hunc ego nec e continua Annorum
serie, nec e dignitate Rerum, aut Persona-
rum, nec e pretio Poematum ducere potui,
aut volui: Silua est, eademque varia. Ita
Dabam Budae Calendis Nouembris Anno
MDCCCII.*



SILVA



SILVAE
PARNASSI PANNONII
PARS PRIMA.

SECTIO PRIMA.

I.

AD LECTOREM.

Nota loquor: Mons ille sacer, quem Graecus Apollo
Percoluit, *Gemino Sidera Colle* petit (a).

Collis vterque viget *Silua*, quam propria curant
Numina, et aeternae frondis honore fouent.

Non

a) Herodotus in *Vrania*, seu Lib. VIII. Hist. scribit: *Collem*
vnum, seu Verticem Parnassi dici *Tithoreum*, alterum
Hyampeium; quos *Κερίφας* adpellat: illum esse penes Urbem
Neonem, vel potius *Tithoream*; istum autem stare prope
Hyampolim.

Non Fera, non Anguis, non Bruma, vel vlla Securis

Audita est istum contemerasse Locum, —

Mons quodque Pannonius, quem Graio Nomine dico

Parnassum, duplici *Colle*, iugoque tumet.

Collis vterque viret; Ramos creuisse videbit

Le∨ habet *Silvam* Collis vterque suam. —

At scio, non deerunt, qui nos, aut inelyta carpant

Nomina, et has Siluas dente, styloque petant.

Ecce Ferae, Dentesque nigri, Criticaeque Secures,

Momi, et Siluani; Capripedesque Viri!

Opponam Satyras Satyris? Opprobria Probris?

Et spargam irata Tela coacta manu?

Quis mihi, quae Naso quondam vibrauit in Ibin

Arma? vel Archilochi Spicula ferre vetet?

Vlciscarne meis igitur Conuicia Iambis?

Et reddam immeritae Felque, Salemque Crisi? (b)

Sic placet, vlciscar; - Vindi&ta est magna: -- Tacebo.

Quisque suo est Gustu; qui sapit, ille sapit.

II.

b) Monet Socrates apud Platonem in Minoe, seu Libro de Lege: *Et tu, et vnusquisque alius, cui bona existimatio curas est, si modo sapitis, diligenter cauere debetis, ne Poeticum Hominem. insensum aliquem habeatis. Rationem subdit: Poetae quippe vim maximam in vtramque partem,*

et

II.

VIRGINI DEIPARAE
IN COELVM ADSCENDENTI

Propempticon.

Sidereii Iuuenes huc huc properate! *Maria*,
Intemerata Dei Mater ad Astra cupit.

Illi adsunt, Pluuiasque fugant, Solemque reducunt,
Coelestemque parant laeta per Arua viam.

Exspectant Nubes, Zephyrique fauentibus alis,
Deponitque suum Gnosia Virgo decus.

Luna suum Dominae Plantis aptauerat Orbem;
Ornauere suas Sidera cuncta comas (c).

A 2

Diva

et ad laudandum, et ad vituperandum habent. — Qua in re (illa continuat): profecto Minos deliquit, cum huic Vrbi (Athenis) Bellum indiceret, quae cum ceteris Sapientibus plurimis, tum vel maxime Poetis omnis generis — referta est. — Malum istud expertus est idem Socrates; fuit enim Risui expositus ab Aristophane per eam Comoediam, quae nunc quoque legitur. Ideo queritur apud Senecam Lib. de Vita Beata Cap. 27. Tota illa Cornicorum Manus in me venenatos Sales suos effudit.

- e) Animaduertendum est: Concordiam Poeseos et Astronomiae esse tantam, vt Poetae veteres, intelligi non possint sine cognitione vtriusque huius Scientiae. Primi Astronomi viden-

Diva triumphali fertur super Aethera Pompa,
 Et capit a Gnato Sceptra, Thronumque suo (d).
 Plaudite Coelicolae! Nos, qui Tellure moramur,
 Festivo in plausu vota, precesque damus.

III.

MARIAE THERESIAE
 HVNG. REGINAE AVG.

*Dum a Clemente XIII. P. M. Titulo Regis Apostolici
 condecorata fuit.*

(e)

Regis Apostolici Titulo Te *Augusta*, Tuasque
 Virtutes *Clemens* condecorare cupit.

Acci-

videntur fuisse primi Poetae; primi illi peruenere ad
 Coelos, obseruauerunt Sidera, fecerunt Constellationes, im-
 posuerunt Nomina, - - quibus Poetae ceteri, Astronomiae
 gnari, fuere vsi.

d) *Signum adparuit in Coelo*, ait D. Ioannes in Apocalypsi:
*Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius; et in
 Capite eius Corona Stellarum duodecim.* Cap. 12. Quae
 Verba licet de Ecclesia, Christi Sponsa, dicta sint, Diuus
 tamen Bernardus, et alii exemplo SS. Ambrosii, & Augustini
 ducti, non incongrue in Virginem Deiparam transtulerunt.

e) Per Literas in Forma Breuis Anno 1758 die 19 Augusti
 exaratas, quarum initium est: *Cum multa alii Romani
 Pontifices etc. Reges enim Hungariae a primis Regni tem-*

pori-

Accipis id, quod habes; et eris, velut ante fuit:
 Iure etenim Nomen, quod dedit Ille, geris.
 Sed quoniam *Clemens*, Sedesque suprema Tributum
 Hoc Tibi fert, gratum, quod puto, Munus habes.
 Vota valent: Seros Titulo hoc fulgebis in annos,
 Augebisque Sacros *Diva Theresa* Focos.

IV.

SANCTI MARTINI
 STATVA

Pofonii in Templo Principe collocata.

Artis Opus magnum est; miretur Gallia! saepe
 Ars quoque mirari debuit istud Opus (f).

Mili-

poribus insigniti fuere hoc axiomate; quamvis aliqui raro, aliqui forte nunquam vsi fuerint hoc Nomine. Fundamentum huius consuetudinis videtur esse in celeberrima Bulla Siluestri II, P. M. — At Clemons XIII. sic ait: *Habent hoc etiam Hungariae Reges, ut a plerisque omnibus isthuc adpellatione certe magnifica, et gloriosa Reges Apostolici salutari, et nominari soleant. Cuius quidem siue consuetudinis, siue Priuilegii fons et origo ignoratur.*

f) *Gallia* hic adpellatur; tum quod Statuarios habeat multos et celebres: tum quod hoc ipsum Misericordiae Opus Amiani (Amiens) in Gallia fecerit, et postea Episcopus Turonensis fuerit.

Miles armati simulacrum est; Miles anhelum
 Frenat Equum, et toto pondere terga premit.
 Hæret Equus, sed spernit humum; spumantia mandat
 Vincula; dispersis sunt fera colla iubis.
 Fortè, nisi hoc captiua forent crura vltima faxo,
 Ut Notus, in cursum præpes abiret Equus.
 Pone iacet Vir nudus, inops; senioque, geluque,
 Non voce, aut gemitu, sperat, et orat opem.
Martinus misera commotus imagine Ferrum
 Corripit, et mediàm diuidit ense Togam. —
 Quam pulchre, et vere sunt omnia reddita! Solus
 Non sibi fat similis stare videtur Eques. — —
 Sed quis *Martinum*, qualis florente Iuuenta
 Iam fuerat, rigido reddat in Aere Myron? (g)

V.
 g) Virtutes eius, eleganter describit *Seuerus Sulpitius*, Trien-
 nium fere, ait ille, ante Baptisma in Armis fuit; integer
 tamen ab illis vitis, quibus illud Hominum Genus impli-
 cari solet, Multa illi circa Commilitones benignitas, mira
 charitas; patientia vero, atque humilitas vltra humanum
 modum, Nam frugalitatem in eo laudare non est necesse
 etc. — Denique ita eum inter Arma depingit, vt iam tunc
 Virtuti similis fuisse videatur.

MAVORS HUNGARIAE NADASDIUS.

(h)

Iupiter intentat Eulmen, quatit Aegida Pallas,
 Neptunus triplici Cuspide vertit Aquas.
 Arcum humero Diana gerit, plenamque Pharetram;
 Castor Equos, Caestus Frater, vt ante, tenet.
 Alcides Claua, Saturnus Falce minatur,
 Perseus est saeua Gorgone terrificus.
 Mercurius Virgam adtollet, dat Apollo Sagittas,
 Bacchus amat Thyrsum, Mulciber Igne furit. —
 Cetera non memoro; — cur Mars de Gente Deorum
 Vnus inermis? Vbi est Ira? quis Arma tenet?
 Scilicet Hungariae Mauors *Nadqsdius* Arma
 Martis habet; Martem Ferro, Animoque refert.
 Sic mihi quaerenti causam responderat 'Ερμης,
 'Ερμης, qui Dium Facta, Hominumque refert (i).

VI.

h) *Franciscus Comes de Nadasd Regnauit Dalmatiae, Croa-
 tiae, et Sclauoniae Banus, Generalis Campi Marechallus,
 Ord. Milit. R. T. Maioris Crucis Eques, aliisque etiam
 Dignitatibus ornatus, Rebus gestis, et Fama Nominis longe
 lateque celeberrimus: morti celsit anno 1783.*

i) *Hermes, Interpres Dium, Mercurius, Autori Carminis
 Familiaris.*

VI.

MORS, ET AMOR

Post Pugnã Foedus ineunt.

Ibat *Amor* media spoliis animosus in Vrbe,
 Crispabatque leui spicula laeta manu.
 Obuia *Mors* illi facta est a caede recente;
 Tela gerit; multo sanguine Tela madent.
 Ridet *Amor* Mortem, *Mors* pallida ridet Amorem; —
 Tum Puer, hic adsta *Mors*! ait. Illa stetit;
 Et quid me imprudens, inquit, meaque Arma lacesis?
 Ille autem: Vires experiere meas,
 Dixit; et aduerso miscent noua Praelia ferro.
 O vtiſſam, aiebam, *Mors*, et *Amor* pereat!
 At neque Tela *Puer*, neque *Mors* data spicula sentit;
 Irrita sunt animi sensa, precesque mei.
 Tela *Puer* Morti; *Puero* *Mors* tradidit; inde
 Coniungere suas in noua Pacta manus.
 Iam modo saepe facit *Mors* vulnus amabile; saepe
 Iam modo mortifero vulnere laedit *Amor*.

VII.

AMOR CAECYS.

Cur adeo Pastor Corydón ardebat Alexin?

Pulcher erat, sed non vnus Alexis erat.

Hippolytum forma superauerat alter et alter;

Hoc tamen Hippolyto faucia Phaedra fuit.

Cypria praeripuit Pomum fatale Mineruae;

Illa magis Pomo digna, vel Ista fuit?

Qui venator erat Ganymédes, fuscus et hirtus,

Nunc stat ab ambrosia, deliçijsque Ioui.

Taenario quondam placuit Proserpina Regi;

Credo: sed huic Siculae nonne fuere pares?

Pasiphaë infelix Tauri flagrabat amore;

Et qualem Coniux Regia passa Virum est? —

Quid moror exemplis? Nemo non errat Amantum:

Nam quod amat, Pulchrum dicit, et esse putat.

Quisquis is est, cui Nos dederamus Nomen Amoris;

Caecus, et imprudens ille Amor esse solet (k).

VIII.

k) *Amor*, et Cupido occurrat apud Veteres *Caecus*, et *Oculatus*; seu quod sit *Geminus*, seu quod aliquando *Caecus*, et alius *Oculatus* veniat. Vtriusque Naturam hanc esse obseruauerunt, quod, seu sit caecus, seu habeat oculos, homines illos, quos occupat, caecos, et imprudentes faciat, etrisque repleat,

AMORIS IMPERIVM.

Formosum Corydon quod amet, non miror, Alexin;
Imperium, et Vires possidet vnus Amor.

Adspice Terrigenas: Heu me! Hominesque, Ferasque,
Et Genus Vndiuagum non regit ille Deus?

Ille etiam Volucres, et, quidquid in aere viuit,
Ad sua versutus Iura coegit Amor.

Estne aliquis Superum, qui non pareret Amori?
Suma etiam Coeli Numina versat Amor.

Dic mihi nunc Sodes! qui tot, tantisque potitur
Imperiis, non est Imperiosus Amor?

Sic mihi nuper ait Quidam, dum feruet amore,
Miraturque animo frigus inesse meo.

Imperiosus Amor non est, respondeo, Amice!
Aut si est, a Nobis Imperiosus is est. (1)

1) Cupido, seu Amor dictus est a Bione Tyrannus, quod in
animos saenire soleat; id, quod etiam Euripides in illo
versiculo, quem Abderitae deleri cupiebant, ostendit: οὐ
δὲ δὴν Τύραννε, καὶ ἀνδραγαθὸν ἴσους! Haec autem Tyrannidem
ab iis accepit, quos torquet.

IX.

NOVA STELLA

In Coelo Austriaco orta.

Moerorem, curamque boni deponite Ciues,

Nascitur Austriaco dum noua Stella Polo.

Quae reliquas inter radiat pulcherrima Stellas,

Filia *Iosephi* Caesaris vna fuit. (m)

X.

POETA MERCURIANVS

In Villa Albana prope Tirnauiam Feriatur.

(n)

Silua Hominum, Dryadumue quies, mea magna

Voluptas,

Ad tua dum redeo gaudia, pande sinum!

Sit

m) *Maria Theresia* die 23 Ianuarii Anni 1773 mortua. Non esse in solitam huius generis translationem, nouere praecipuis Astronomi; qui spectant in Coelis Uraniam, Cassiopeam, Andromedam, Pleiades etc.

n) Hoc se titulo Autor indicat, a cognomine apud Hungaros Iocum Mercurii designante. Et quia *Mercurius* Graecis *Ερμης* dicitur, Poeta etiam *Hermopolitanus* adpellari potest.

Sit satis Hesperios vidisse frequentius Hortos;
 Tu mihi, non Tempe, non vetus Hybla, places.
 Hic modo Musarum Chorus est, gaudetque Minerua;
 Hic etiam arguta ludit Apollo lyra.
 Et modo pars docta modulatur Carmina buxo,
 Pars agitat festos per nemus omne iocos.
 Accipe me, curasque meo de pectore solve:
 Hoc peto! Deliciis hoc potes ipsa tuis.
 Saepe alias pulsa Studiorum nube, serenum
 Te nobis memini restituisse diem.
 Aeger eram: toto languabant corpore vires;
 Ad tua ut accessi gaudia, sanus eram.
 Nempe potestatem in Morbos, Artemque medendi
 Ille tibi, qui te curat Apollo, facit.
 Ecce iterum Quercus! Quercus, quae proxima Coelo est,
 Annuit, et moto vertice signa dedit.
 Hos igitur, fixum est, sine cura habitabo Penates,
 Magni ubi sunt, et habent frondea Testa Dii.
 Hic ego nec Ventos, nec Solem ardere timebo,
 Sol licet ardentem spargat ab axe faces.
 Tu Canis Icarium flammam, tu spicula Solis,
 Ventorumque iras imperiosa domas.
 In latebris, lucisque tuis, adytisque vagari,
 Erroresque novos fasque, piisque sequi est.

Dum-

Dumque sequor, viresque novas in Corpora quaero,
 Aura tuo iussu, quae comitetur, adest.
 Hic neque me Montes, neque inhospita Saxa morantur;
 Lene, quod inuideat Thessalus, aequor habes.
 Et si forte bonus vocet ad sua munera Somnus,
 Laeta mihi mollem construit Herba torum.
 Hic, ubi forte tumens tacito pede labitur Amnis,
 Hospitium Nais saepe, libensque dedit. —
 O quoties viridi lentus recubabo sub umbra,
 Quam variis Morpheus ludet imaginibus!
 Non mihi vel Coluber, vel Echidna timebitur vlla;
 Nullus in hoc Hydrus, Vipera, nulla loco est.
 Hic olim Eurydice vetitos dum fugit amores,
 Lethiferum presso traxit ab Angue malum.
 Moeret adhuc Orpheus, Legemque fideliter vrget,
 Quae quondam hinc omnes cedere iussit Hydros.
 Sed tamen Eurydicen Cithara dum personat Orpheus,
 Quisquis adest, animis, et fauet ore Deus.
 Testis erit vicina Ceres! cantare verentur,
 Et victas vltro se profitentur Aues.
 Vidi ego, dum validas traheret modulamine Quercus,
 Sisteret et Flumen praetereuntis Aquae.
 Pande tuos iterum, mea Silula pande Penates!
 Dona tibi, sed erunt Carmina Dona, feram.

VISIO NOCTURNA.

(o)

Pallas amor meus est; Virgo est, et docta, potensque;
 Mentē, Animo, et Forma, de Ioue nata; placet.
 Nox erat: in nitido sedi cum Pallade Curru;
 Currus erat niueis acceleratus Equis.
 Hos (ego sic mecum) Phaeton si forte videret,
 Hos magis, quam Volucres, flectere vellet Equos.
 Phoebe faue! dixi; si tu mihi Phoebe fauebis,
 Aethereum noster Currus habebit iter.
 Quid fuit Arctophylax? quid moestae Pleiades? et quae
 Miramur vestro Sidera fixa Polo?
 Vt fumus ergo simul, simul hinc super aethera tolle!
 Non aliud melius Pallade Sidus erit.
 Arctophylax Terris Hiemem, dant Pleiades Imbrem;
 Doctrinam, et Mentem Pallas amica dabit.
 Assensit Phoebus; meque in Coelo esse putabam;
 Sed subito abscedunt Gaudia: *Somnus erat.*

XII.

o) Quas *Phantasias* Graeci vocant, nos sane, ait Quintilianus
 Lib. VI, Cap. 2. *Visiones* adpellemus.

XII.

P U E R A V C E P S

Ludificatur, et saniora docetur.

Dum *Puer* in densa (*Puerum* non nomino) *Silua*
 Incautas visco fallere quaerit *Aues*.
 Venit *Amor* celeri medium per inane volatu,
 Demisitque suos ad loca laeta pedes.
 Hunc vbi conspexit *Puer* *Auceps*, gestit, et esse
 Non dubitat magnam, qui veniebat, *Auem*.
 Ergo suos calamos fascem coniungit in vnum,
 Et *Volucrem* positas sperat ad insidias.
 Ille locum variat; nunc huc, nunc transilit illuc;
 Et modo spem *Puero* dat, modo velle negat.
 Saepe videbatur iam se committere visco,
 Saepe iterum ad fumas gaudet abire plagas.
 Sic vbi se ludi sensit *Puer*, abiicit omnes,
 Impatiens irae, quas facit ante, dolos.
 Vadit ad annosum, quem nouit in arte magistrum,
 Agricolam; narrat facta, vocatque *Senem*.
 Hic sequitur; *Puer* inter *Aues* dum cernit *Amorem*,
 Haec, ait, est, quae me ludificatur, *Auis*.
 Rusticus hoc viso paullum subridet, et inquit:
 Quid tibi cum tali est *Alite*? parue *Puer*!

Frustra

Frustra agis, et speras; virgas, curamque relinque;
 Huic modo nec calami, nec tua verba placent.
 Atque vtinam nunquam placeant, semperque recuset!
 Hac etenim tantum sorte beatus eris.
 Pulchra quidem, et blanda est, sed nequam Bestia,
 quam tu
 Nescius ad Calamos, et tua Vota vocas.
 Cum tua per plures aetas adoleuerit annos,
 Maturumque sibi viderit esse Marem;
 Qui modo per frondes volitat, fallitque sequentem,
 Ad caput, et gremium sponte sua veniet.
 Sed fuge, et hanc Volucrem nunquam sectare: nocebit.
 Sola fuga est, per quam tutior esse potes.

XIII.

A D R I V V L V M.

Riuule! — quid dicam? Crystalline Riuule, Vallis
 Delicium, et nostri Riuule Ruris amor!
 Tu Speculum Aurorae es; tu Prata virentia reddis;
 Otia post Curas tu mihi laeta facis.
 Per te Flora viget; per te collectat odores;
 Per te etiam ad cantus exstimulantur Aues.
 Argentumne tuum, vel Frigus amabile laudem?
 Aut venam, aut querulae murmur euntis aquae?
 Quam

Quam varios Lusus! quanta hic Glomeramina voluis! —

Incipiam fluctus dinumerare tuos. —

Riuelle cur properas? — Heu me! iam gaudia cessant.

Vt leuis Hora volat, sic tua currit Aqua (p).

XIV.

HOMINI SCELERATO.

Improbus es; vitam tamen a discrimine tutam
Censes, dum capiti poena parata tuo est.

Dic, vbi, qui Coelos ausi impugnare Gigantes?

Aut vbi Pirithoo Gens inimica Duci?

En iterum Saxum ruiturum Sisyphus vrget,

Et nullam inter Aquas Tantalus haurit Aquam.

Carpit adhuc Tityi iecur immortale Volucris;

Voluitur Ixion, consequiturque Rotam.

Vidimus irato sterni Salmonea Coelo,

Dum simulat flammam Iupiter alte tuas.

Fundunt, et repetunt, quas fundunt Belides Vndas;

Sed quamcunque petunt Belides, Vnda fugit.

Discite

p) — Assiduo labuntur *Tempora* motu

Non locus, ac *Flumen*; neque enim consistere *Flumen*,

Aut leuis *Hora* potest, sed etc. Quid, Lib. XV. Met.

Discite Iustitiam moniti, et non temnere Diuos,
 Sollicita Phlegyas nunc quoque Voce monet.
 Intentat Fulmen Manus Omnipotentis Olympi;
 Poena mouet celeres ad scelus omne pedes.^q
 Dum loquor ista, suam forsā quatit Aeacus Vnam;
 Et rumpit Vitae Stamina Parca tuae.
 Hei tibi, quam densis exhorruit Aethra tenebris!
 Te ferit, et rapido Fulminis igne necat (q).

XV.

P H Y L L I D I

A q u a m O f f e r e n t i.

Quam mihi fundis Aquam, vereor contingere Phylli!
 Vt caueam, Genius me meus admonuit,
 Dicens (r): Hoc in Monte Feras agitauit Adonis,
 Fulmineoque fuit dente peremptus Apri.

Hoc

q) Hoc est, quod Horatius ait Lib. IV. Od. 5. Culpam *Poena* premit Comes. Et Lib. III. Od. 2. Raro antecedentem Scelerum deseruit pede *Poena* claudo.

r) *Genius* alias *Δαίμων*, quasi *δαίμων* sciens, Deus, Lar, Angelus: si modo hoc recte conuersum dici potest. Cicero certe Lib. I. de Diuin. n. 54. hoc nimirum esse ait illud, quod

Hoc in Monte Venus caesum dum plorat Adonin,

Haec Aqua de lacrimis illius orta fuit.

Quid si, quod metuo, gelida latet Ignis in Vnda? —

Non bibo, ne Flammas, Phylli decora, bibam.

XVI.

H O M O

Multimodis Monstrosus, et Malus.

Quae Manus hoc Monstrum finxit? Scyllisne, vel asper
Bupalus • Saxis Graecia dura tuis (s)?

Aut forte Aenariis Brontes fabricavit in Antris?

Duritiem certo Rupis, et Aeris habet (t).

B 2

Forma

quod de Socrate accepimus; quodue ab ipso in Libris Socraticorum saepe dicitur: esse Diuinum quiddam, quod *Daemones* adpellat; cui semper ipse paruerit, numquam impelleati, saepe reuocanti etc. — De hoc Daemonio Socratis Eruditi recentiores edidere suas opinionones.

s) Statuarii ex prima Artis aetate, cuius stylus, et ratio fuit rudis, et dura; ideo praecipuus illius character est durities in opere. Ita Pausanias, Plinius, etc.

t) Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro
Brontesque, Steropesque, et nudus membra Pyraemon;

Aen. VIII.

Forma Homini similis, qualem Polyphemus habebat,
 Aut qui Sidereas impetiere Domos.
 Portentum horrendum! cui par nec Graecia mendax,
 Nec Mare, Monstrorum prodiga mater, alit.
 Nomen dissimulo; Monstrum qui viderit illud,
 Audiet, et verum me retulisse sciet.

XVII.

P V E R O

Singularibus Dotibus Ornato.

Quae tibi propitium potuit dare munera Coelum,
 O Puer! aetati contulit illa tuae.
 Heu me! quid sperem? Repetet sua Munera Coelum;
 Et te forte suas iam iubet ire domos (u).

XVIII.

n) Metus iste oritur ex Cap. V. Sap. Placens Deo factus est
 Dilectus, et viuens inter Peccatores translatus est. Raptus
 est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deci-
 peret animam illius. — Consumatus in breui expleuit tem-
 pora multa; placita enim erat Deo anima illius; propter
 haec properauit educere illum de medio iniquitatum.

XVIII.

MERCURIANVS

Ferias suas terminat.

Hactenus Albani captauimus Otia Ruris;
Otia defessis deliciosa Viris.

Iam satis est; audisne Tubas? ad Castra vocamur:

Atma mihi, et Campum Diua Minerua dabit (x).

Siluua primus amor Nympharum, et certa voluptas,

Quae nata es euras adtenuare, vale!

Nunc mihi Pugna instat. Tu, quae promissimus olim,

Dona cape, et Tiliae in Cortice Vota lege:

Cresce, precor, multos incaedua Silua per annos,

Et Caput aethereis inferere tuta plagis!

Non te tristis Hiems violet, non laeua Securis,

Semper vt illaesa conspiciare coma.

Sic te Pallas amet, sic te tueantur Athenae,

Saepius arboreos visat Apollo Lares;

Et veluti Dodona ferax Oracula fundas;

Det foliis vocem Iupiter ipse suam!

XIX.

Propugnaturus erat in Vniuersitate Vniuersitatis Theologiam
vniuersam solenni ritu.

NICOLAUS SCHMIDT

Viro Religiosissimo, et Doctissimo datae Inferiae.

(y)

Ten' etiam Mors atra ferit, conditque Sepulcro.

Inter mortales non numerande Viros?

Vidi ego, dum miseris Tabes depasceret Artus,

Et Medicus doctam conduplicaret opem;

Spemque agitans dixi: Non, non morietur hic Aeger;

Non sinet hoc Pietas, non sinet alma Fides.

Phoebus adest, sacras Epidaurius adferet Herbas,

Auxilium Musae, Numina nostra, dabunt.

Duræ etiam, quae Fila trahunt, vitalia Parcae,

Accipient iustas, quas ego fundo, preces.

Vota cadunt, Spes tota perit, Libitina triumphat;

En iacet in feretro Corpus inane suo!

Quis

y) Fuit e Soc. Tean.; deditque in lucem Opera multa, Theologica, et Historica. Inter ista est *Sermo Palatinorum Regni Hung.* Item: *Archiepiscoporum Strigoniensium*; — dein: *Agriensium*. Et iam antea Imperatores Otomannicos, a capta Constantinopoli, etc. Vir sua aetate inter Celebriores Prouinciae. Iuueni mihi perquam beneuolus; viuere desit anno 1767.

Quis premat hic gemitum? cum Te non esse, Manumque,
 Et Linguam aeterno, vincita rigore videt. —
 Sed Te felicem! Mortali a Corpore liber
 Parte tui vitam qui meliore tenes.
 Spiritus ille tuus iam nunc a Carne solutus
 Possidet aethereas tempus in omne Dómos.
 Hoc est, quod Mortem cruciat: videt illa beatum
 Te modo, et aeterni Regna tenere Poli;
 Quid me Tela iuuant? si quis post funera viuít,
 Et mea contemnit Spicula Mortis? ait.
 Hoc dicto abiecit, quae dextra gesserat, Arma.
 Arma igitur nunquam gestet vt ista, precor.

XX.

QUATVOR FRANCISCIS

Onomasticon Xauerii Agentibus.

Enã! ad Apostolicos Socii properate Labores;
 Franciscus Vitam, quae sit agenda, docet.
 Vni Francisco totus non sufficit Orbis.

Franciscis quatuor num fatis vnus erit (γ)?

XXI.

- *) Romanum est effatum: Diuum Franciscum Xauerium tanto propagandi Diuini Nominis Zelo aestuasse; vt Orbis Terrarum visus illi fuerit paruus, et angustus.

ACADEMIA NOBILIVM

Quae fuit Tirnauiae cum Vniuersitate Scientiarum.

Adspecte, quae mediis in Coelum surgit Athenis!
 Pulchra est, augusta est, et Ioue digna Dòmus.
 Nobilitas hic est, hic est Academia Regni,
 Hic sua Diuus Honor Tempia, Forumque tenet.
 Hic habitat Probitas, hic est Sapiencia Mentis,
 Hic agitat laetos casta Minerua Choros.
 Hic veteri de Stirpe viret, crescitque Iuuentus. — —
 Crescat Io! et Patriae det Domus ista Patres (a)

AD VIRGINEM DEIPARAM

A F F E C T U S.

Audiat haec Tellus, et qua patet, audiat Aether;
 Ille, cui viuo, sit mihi testis, Amor!

Testis

a) *Honor* dicitur Diuus ex opinione, factoque Veterum, qui Templum ei dedicarunt. Erat autem Templum *Honoris* cum altero *Virtutis* ita coniunctum, vt per *Virtutem* ingressus esset ad *Honorem*; quo significare, docereque voluerunt; Aditum ad *Honorem* esse duntaxat per *Virtutem*.

Testis Amor mihi sit, non vanum, et inutile Nomen;
 Sed quomodo molle calet Cor, Marianus Amor.
 Hoc ego teste tuas Virgo prostratus ad aras
 Perpetuam sancto federe iuro fidem!
 Tu mihi sola places; amo Te, tua Nomina spargam,
 Vulgaboque tuum, quo licet Orbe, decus.
 Hanc mihi iurati legem dedit ardor Amoris;
 Mors sola, hanc legem quae mihi tollat, erit.
 Tu modo proposito succurre Patrona labori,
 Tu mihi iam vires suffice, Tu fer opem!
 Ah vtinam dignos inter patiare Clientes,
 Simque Tui semper pars aliquanta Chori!
 Omnia, quae mea sunt, vltro Tibi consecro Diua;
 Omnia vt acceptes, supplico! — Iam Tua sunt.

XXIII.

T H R E N O D I A

IN OCCASV SOCIETATIS IESV.

Occidimus; tenebras pete Mercuriane! recondé
 Frontem, oculosque; venit Nox tibi fida, venit,
 Et tegit exosum Solem, Testesque repellit.

Nunc geme, et in fletum lumina solue! Dolor

Com-

Compressus maiora solet tormenta creare,

Et suffocatae Virus habent lacrimae. —

Nunc, vbi nigra, silensque vmbra est, iuuat ergo
dolori

Indulgere meo: frangitur ille Dolor,

Qui libertatem reperit. — Dolor improbe perge!

Nunc saeuire tibi, et Cor laniare licet. —

Ite mei gemitus, lacrimaeque per ora; querelas

Vmbra profunda meas hauriat! Vmbra sciat,

Quis mea Corda Dolor laceret? lacrimisque profusis

Noctis inornatae Vestis, et Ora natent. —

Somne! mihi tecum nihil est; qui saepe vocatus

Inprouisa mihi perfide terga dabas,

Dum curas mollire meas, et Corde licebat

Vertere Tristitiae pondus. Abi! fuge nunc

Nantes in lacrimis Oculos; Nox integra flendo

Ducetur; dulces sunt mihi nunc lacrimae.

Sola meos Aurora redux abstergere fletus,

Sed non mberorem pellere sola potest. —

Siste tuas Aurora rotas, lucemque retarda!

Flere placet; sine me flere; — deinde veni.

XXIV.

S O C I A O M O R I E N T I.

Diuidimur; Tu perge!; vocant te nescia, flecti
 Numina. — Da veniam, lacrima nulla meis
 Quod cadat ex oculis: si fleibus ora madere
 Incipiant, nullum lumina flendo modum
 Reppererint: vult Flumen, aquas, sic illa perennes
 Effundent lacrimas, et in qua Byblis, ero.
 Ibis hinc, omnes: alter praecedit, et alter
 Consequitur: sic nos: separat inuida Mors,
 Hanc ubi proposuit, duroque adamante notauit
 Omnipotens Legem. Quod iubet ille, fero,
 Et veneror; lacrimis Caelum non impeto. — Vade
 Dulcis Amice! Patrem Vallibus Elysiis
 Inuenies, Fata, et Numerum, Casusque Suorum
 Rite recensentem; — Nemo verabit, adi.
 Post suauem amplexum, et lacrimas; post Oseula
 Reddita, post varias, ut volet ille, vices
 Dic, illum quod amem; quod ego, charique Ne-
 ipotes; Sed quae sint commemoranda, scies.

DE ANNO S. I. FATALI.

Annus abiit Sociis Iesu fatalis, et ceteris

Quam multis vere flebilis Annus abiit!

Illum ego, Tartareas exul dum venit ad Umbras,

Crediderim faci poenituisse sui;

Vtque daram possit nunquam meminisse Ruinam,

Pocula Lethaeo plura bibisse Lacu.

Ne tamen hinc superas aliquando venietes ad Auras,

Rex Erebi iussit iuncta, iugumque danti

XXVI.

P. O. E. T. A.

R V S I T V R V S.

Cedite paullisper de pectore, cedite Curae

Rura volo; Curis intuis Rura petam.

Saepe Diis, qui Regna tenent stellantis Olympi,

Charior in Terris Riuus, et Herba fuit.

Theffala Rura loqui possunt, Amphrysus, et Ida,

Cynthus, et Aonii Laureae Silua, Iugi.

Buda vale, curasquo meas tua conde sub antra

Rus eo; — iamque puto me mea Rura tenent.

Hic

Hic licet, et mens est lentas sine nubibus horas
 Ducere, et herboso ponere membra toro.
 Hic ego montiuagae Studia exercebo Dianae,
 Ignarasque doli ludificabor Aues.
 Dicite Carmen Aues! — Vbi Carmina Vestra sonabunt,
 Non ego vos laqueo ludificabor Aues.
 Dicite felicem laeto modulamine Budam;
 Buda Caput Regni est. — Audio, dulce canunt.

XXVII.

P H I L O M E L A

Dolorem Poetae suo Cantu auget.

Castalium ad Fontem flebam: — Cur vera fateri
 Me pudeat? quamuis sim Vir, et esse putem
 Me Chalybi similem. Flebam, largoque rigabam
 Imbre gemas; Fletus causa, modusque meae
 Acta Iuuentutis fuerant. — Qua forte iacebam,
 Seruat adhuc rigui Signa doloris Humus.
 Post, vbi consumpsi lacrimas, vocemque paravi
 In Gemitum, et Carmen soluere, Musa loci
 Finitimi Philomela sedens in tegmine Fagi
 Incipit argutos ingeminare modos,

Haesit

Haesit in ore mihi mea vox; gemit illa, canitque,
 Et varium mira construit arte melos.
 Ac modo continuum fundit suauissima Carmen,
 Et modo concisos turbinat ore fonos.
 Iamque velut moriens languet, vocemque remittit,
 Aut reuocat vires ad noua sensa suas.
 Sic ea dum ludit, Gemitus mihi surgit ab imo
 Pectore, et intenso murmure terret Auem.
 Illa volat; me culpa premit, cogitque dolorem
 Cum gemitu, et lacrimis continuare meum.
 Sed dolor est nimius; gemitum, lacrimasque repressit;
 Iamque oculi lacrimas, lingua negat gemitum.

XXVIII.

AD LARES DOMESTICOS
 POST EXPILATAM DOMVM.

Nil mihi vobiscum est, seu vos cum Fure Penates,
 Sive Lares dicam, turba minuta, Dii!
 Haecenus, at frustra, violas, et thura ferebam;
 Saepe etiam fruges, et bona vina dabam;
 Sperabamque meam Vobis Custodibus aedem,
 Argentumue bono non leue stare loco.

Fur

Fur venit, et quidquid pretiosum reperit, aufert;
 Non animum: quem mi tollere nemo potest.
 Cur igitur querar, et doleam? Fortuna recepit,
 Quod mihi, sed merito, per duo lustra dedit.
 Ergo habeat, ditetque alios: — Si fortis, et acer,
 Tranquillusque animus sit mihi, diues ero.
 Malo, ego pacato Fortunae munera Corde
 Perdere, quam tristi sollicitare prece.

XXIX.

DE PECUNIA

TERRARVM REGINA, ET DEA.

Vsque adeo verum est, quod dicit Horatius; ut me
 Non bene credentem vox publica, et actio damnet:
 Maxima nostrarum *Regina Pecunia* rerum est,
 Aiunt, et repetunt magno clamore Poetae (b).
 Illa fidem, testesque parit, fora cuncta gubernat,
 Et dat amicitias, uxorem, nomen, honores.

Illa

b) Aristophanes, Horatius, Propertius, Iuuenalis, Petronius
 Arbitr etc. etc.

Illa Homini vitam tribuit, facit illa potentes,
 Iratumque Iouem clausa constringit in arca,
 Omnipotens, et sola *Deae* cognomine digna.

Ast vbi Tempia Deae, si tanta potentia Terras,
 Humanumque Genus versat? Si Fana dicantur
 Fortunae, et Florae; si Spes, Pietasque, Fidesque,
 Et Febris, et Risus; si Nox, Discordia, Somnus,
 Et Mors in Templis colitur: cur sola nec aras,
 Nec sacros ignes habet illa Pecunia, cui se
 Iustitia, et Pietas, humanaque corda sacrarunt?

O fatuam, diramque Deam! quae prima scelestos
 Mores progenit, turpique libidine Terram
 Corrupt, vitiiis alimenta, heu quanta? creauit,
 Audacique manu curarum semina sparsit!
 Quo mihi maiestas? quo tantum Numen? — Abunde
 est,

Si neque Diuitiis, nec Paupertate fatiger;
 Nil ultra, citraque petam: satis vndique tutus,
 Et fortunatus sumum laudabo Tonantem.

SECTION

 SECTIO SECUNDA.

I.

IN CONTEMPLATIONE ROSAE.

Ah Rosa quam celer est tua Vita, brevisque Venustas!

Mane oreris, tepido vespere lassa cadis.

Per te ego, qui rosea vernabam fronte, recordor;

Quid fuerim? quid sim? quid mihi Terra pareat?

Vt tua vita, mea est: miseri! Vix coepimus, illam

Viuerè, vita breui tempore fracta perir.

II.

SATYRA

IOVE TONANTE.

Audi Terra Iouis voces, et Numen adora! —

Ad Tonitru, et Fulmen territa Terra tremit.

Regnat, et aeternis Mundum moderatur habenis,

Cui Puer Idalius fraena, iugumque dedit (a).

III.

a) Ideo non infulse quidam Poeta *Triumphum Cupidinis* scripsit, quo in Libro non modo potentissimum Deorum Cupidinem,

sed

C

DE CUPIDINE

ARCV, ET SAGITTIS ARMATO.

Deposuit veteres iam dudum Europa Sagittas,
 Atque alia, vt feriat longius, Arma gerit.
 Vnus adhuc antiqua Puer gerit Arma Cupido,
 Et iacit in nostros ignea Tela sinus.
 Pone tuos Arcus Puer improbe, pone Sagittas!
 Apertus ad iactus est Catapulta tuos.
 Sed vafer in nostra est. (miseros nos!) damna Cupido:
 Clam ferit, et tacite vulnera multa facit.
 Si Bombarda ageret, si Sclopetarius esset,
 Terreret sonitu Teque, aliosque suo. (b).

IV.

sed etiam Victorem facit. Enumeratis enim Amoribus, singularum, quibus in potestatem Cupidinis, ditionemque venissent, infruit Pompam, in qua Iupiter cum ceteris Diis ante Carrum triumphantis ducitur catenatus. Ita Lactantius Lib. I. Cap. 11,

b) Ante ferit quoniam, tuti quam cernimus hostem,
 Nec quisquam ex illo vulnere sanus abit.

Propert. Lib. II.

IV.

SPECTACVLVM
GLOBI AEROSTATICI*In Campo Budensi promissum.*

Fama volat, plenaque manu Schediasmata spargit,
Et vocat ad Campos Martia Buda tuos.

Currite Budenses, Pestani currite Ciues!

Res erit in patulo prodigiosa loco.

Ille (Virum, et Nomen scitis) Spectacula Vobis,

Sed prius argentum promite, mira dabit.

Conuenere Vrbes, collata pecunia multa est,

Cingitur armatis tota Corona Viris.

Expectamus — abit tempus — venit Hesperus; — Euge

Magne Vir! aerium mitte per alta Globum.

Ille quidem sudat, Sociosque ardentius vrget;

Sed Globus in fixis haeret vterque locis. —

Prô! te Hominem fatuum, lucrique cupidine caecum!

Quis furor est propriam vendere stultitiam?

Redde, quod a nobis argentum sumis Agyrta,

Et fruere aeterno nominis opprobrio.

Vtque suum nunquam te credidit esse Minerua,

Sic te nec videat, nec putet esse suum.

V.

INFANTEM IN CVNIS SPECTAT,
ET INQVIT:

Inuideamne tuas Infans pulcherrime Cunas,
Et cupiam simili conditione frui?
Ah vbi sunt nostrae prima incunabula vitae!
Non habuit curas Lectulus ille meas.
Redde meas Cunas, redde optime Iupiter Annos!
Hac tantum veniet conditione Quies.

VI.

PERÉGRINATORI CVIDAM
ERV D I T O.

Vt Te conspexi, placuisti. Vultus, et ora
Non possunt Mentem dissimulare tuam.
Accipe, quo melius nequeo Tibi tradere Munus,
- Atque aliquem memori pectore cede locum!
Si vos sic omnes, vt ego, doctissime noscant,
Perpetuum fiet foedus amicitiae.

VII.

VII.

DE THERMIS BVDENSIBVS.

(c)

Quis Deus has incendit Aquas? quis Fontibus Ignes
 Miscuit (d)? vt dicam, dulcis Amice rogas.
 Naiadum quondam pulcherrima *Buda*, sub isto
 Monte (e) sibi Sedem fixit, et inde suas,
 Quae modo sunt Thermae, gelidas effuderat Vndas.
 Ignipotens illam vidit, et incaluit

Forte

-
- e) Proximam Budae Regionem abundare Thermis, notius est, quam vt dici debet. — Erumpunt in locis quinque. De virtute harum Aquarum iam olim, Anno nempe 1729, differuit Laurentius Stoker in libro: Thermographia, seu Scrutinium Physico-Medicum Aquarum Mineralium Budae Icaurientium.
- d) Desumptus est hic vnus Versus ex Anthologia Latina, referente Burmanno. Ceteri, vt ante hos alii iam superius expositi, facti sunt more Graeco, et Catulliano Latino: in quo saepe singularis est gratia. Aquarum autem ardentium insigne est exemplum apud Homerum Iliad. XXI. vbi aquas Xanthi fluentis accendit Vulcanus Ignipotens.
- e) Mons hic, de quo occurrit sermo, a S. Gerardo Episcopo et M. nomen accepit.

Forte magis, quàm cum primum Cythereida sensit,
 Vxoremque sibi fecit. At ista nihil
 Ad nos. — Mons meminit Budae, meminere Sorores,
 Danubiusque Pater, Pannoniaeque Nurus.
 Inde calet Nais, Fons illius inde perennat,
 Atque salutare *Buda* ministrat Aquas.
 Adspice perpetuas Vndas, Montemque Gerardi,
 Si dubitas istis Numen inesse locis.
 Perspicuas subit Ignis Aquas; hic Ignis, et Vnda
 Concordi resonant murmure; Saxa calor
 Intima peruadit; fudant, feruentque Cauernae.
 Qui credit sterilem, decipietur, humum.
 Hic etenim (mirum!) contemptis Ignibus audax
 Herba venit; multo hic palmite luxuriat
 Cocta Silex; vernant fumantia pascua; Virtus
 Est in Aquis, qualem solus Apollo facit (*f*).

VIII.

f) Principia harum Aquarum secundum Methodum Cl. Profes-
 soris Iacobi Winterl magno labore examinavit, detexitque
 Iosephus Manes Oesterreicher, et Libro anno 1781 typis
 edito cum Lectoribus communicavit.

VIII.

DIES NATALIS AMICI

C É L E B R A T V R.

Formosae Charites, nataeque ad gaudia Nymphae
Surgite! Festiua est, quae venit, ista Dies.

Illae Dies haec est, quae prima illuxit Amico;

Scitis enim in nostro quis sit amore prior?

Surgite! Natali properate calentia Vota;

Vota venustati consociata valent.

Illecebris certare iuuat, iuuat esse disertas,

Praesentemque Choris exhilarare Diem.

Forte repugnabit; sed habet penetrabile pectus,

Iamque alio sensit tempore, quid sit Amor?

Laetus Hymen, Hymenaeus adest — sperate Puellae! —

Qui reparet vidui iura marita thori.

Felix, quae tali veniet delecta Marito!

Digna est, quae prudens, pulchra, pudica, pia est.

IX.

H E R E D I O P V L E N T O,

S E D I M P R O B O.

Mors Patris ingentes tibi contulit Aeris aceruos,
Promisitque nouos, et sine nube dies.

Adfunt

Adfunt Diuitiae; Probitas cum Patre sepulta est:

Hoc doleo, et fateor, me mouet Inuidia.

Sed dolor est iustus, iusta est querimonia nostra:

Non habet hic culpam Liuor, et Inuidia.

Nam malus ille animi sensus, quem dicimus aegram

Inuidiam, ex vera prosperitate venit.

Quae tibi prosperitas Patriis turgescere Gazis,

Si Probitas Patris contumulata iacet?

Ni Patris e Tumulo Probitas reuocetur, et in Te

Transeat, infelix, ac homo nullus eris (g).

X.

A D P O E T A M

Q V I

LATINA CARMINA DEDIT IN MORTEM

MARIAE THERESIAE AVG.

Prima Latinarum Musa est tua Candide Vates,
 Quam video doctas diffluere in lacrimas.

Digna

g) Non inepte Callimachus, qui Virtutem, et Opes petit a Ioue; putat enim nec Opes sine Virtute, nec istam sine illis posse beare homines. Vid. Hymnus ad Iouem: *Xαριστὰ καὶ ἔργα* — —

Digna etiam his lacrimis fuit *Augustissima* Princeps,
Cui similem in tota non legis Historia.

Fleuimus, et multo compleuimus aethera planctu; —
Iam fatis est: Caesar Sceptra, Thronumque tenet.

XI.

DOCTORI POLITIAE.

Quam tibi Diua potens spondet Politia Salutem,
Hanc ego sincero corde, animoque precor
Optime Amicorum *Francisce!* Tuo Illa labore,
Eloquique Caput sustulit e media
Nocte, sepulcrali pridem contacta Cupresso.
Per Te vitali luce, dieque frui,
Hungariamque suis gestit complere Ministris,
Heu! nunc de Dominae funere sollicitam (h).

XII.

SCRIPTORI GLORIOSO.

De triplici Regno Naturae Carmina scripsit;
Carmina de variis dimidiata libris.

Sed

b) Mariae Theresiae August. et Apost. Reginae; cuius anno
emortuali datum est hoc Carmen.

Sed neque Linnaeus, nec Opum Natura suarum
Conscia, nec Bauus talia Regna facit.

Errores, vaga verba, nuces, et somnia sunt hic:

Insomnes Aegri qualia saepe vident.

Ille quidem Roma sibi missa Encomia narrat:

Vsque adeo caecus, qui se amat, esse solet.

Quid, si etiam oculos mittat tibi Roma? — Sed adsunt.

Accipe! — Nonne per hos nil, nisi verba vides?

XIII.

DE OBTRACTATORE MEO.

Vix abiit *Mariosa*; notus cantare Poeta

Incipit: hic aliquis, qui prope prandet, ait (i).

Sic ille; et Risu Cantum comitatur amaro,

Adspergitque meis felque, salemque cibis.

Huic ego quod dicam, hoc tantum est; nisi forte
laceffat,

Personamque meam labe notare velit:

Siqua mihi Vena est, hanc nec *Mariosa* ligauit,

Nec modo, liberior si fluat, ille facit.

Et

i) *Iacobus Mariosa* e S. I. Italus, multa eruditione plenus,
Bibliothecae Archi-Episcopalis Colocae Praefectus; Poeta
insignis, a scriptis etiam operibus clarus.

Et mihi, si cupiam, venient in Carmina vires;
 Est aliquis, qui me concitet igne, Deus.
 Si velit ille, cui placere mea Otia, Praesul,
 Qui modo sum placida mente, animoque, furam.
 Sentitis? — Deus! ecce Deus! — Iam Carmina fundam,
 Carmina Zoologo nobiliora pede.

XIV.

A D M A R C V M

*Qui de frequente, et longo Cynthiae Somno
 querebatur.*

Longa, grauisque mora est; dormit tua Cynthia,
 dormit:

Hoc dolet; at Somnum pellere Marce times.
 Qui tibi sensus inest, sensu oblectatur eodem
 Ille, tuam totus, qui modo Somnus habet.
 Cede loco, curamque tuam, mentemque repone;
 Non Te, sed Somnum Cynthia bella cupit.

A D S O L E M

Somno graui, et diuturno Poetam premente.

Somnio? — vel vigilo? — Salue Sol auree! —
Tandem

Te video; nisi me fallit, Imago tua est.
Ast vbi sum? — rursusne premit mea lumina Somnus,
Qui de Cimmerio venerat ante specu?
Ille papauereo conspergit Membra liquore,
Et tenet in geminum vincta sopore diem.
Forte soporifera totum me mersit in vnda,
Et Nox vna mihi perpetuanda data est?
Somnia circumstant varias imitantia formas,
Et sexcenta animo dant simulacra meo.
Non, si Terra tremat; non si grauis intonet Aether;
Non, si certa ruant Fulmina, Somnus abit.
Hoc etiam Carmen, quod nunc tibi mitto, Phobeton,
Haec etiam Somnus mittere vota vetat.
Auxiliare mihi tandem! Tu pellerè Noctem,
Pellerè tu Somnos, et reuocare potes.
Si tibi cura mei est Genii, depelle soporem,
Insomnemque mihi Phoebe remitte diem!

XVI.

A N D R E A E F I L E

Onomasticon agenti.

Andrea! in Scriptis hodie tibi defero Vota.
 Verba volant, nosse; Litera scripta manet.
 Multane vis? vel pauca? — Hic est, ut cernis,
 vtrumque.
 Pauca quidem Verbis; Multa bonis Animis.

XVII.

M A T H E M A T I C O

C O A E V O .

Pallefcis, fudas, noctemque diemque fatigas;
 Plena Mathematicis est tibi Mensa Notis.
 Aut noua contorques, aut prisca Problemata soluis,
 Metirisque nigri squallida Regna Iouis.
 Fac, quod Aristomachus: Lustris bis quinque laborat;
 Sed quis, pro Superi! quis fuit ille labor?
 Pulicis ille quidem saltus metitur, et optat
 Pulicis in saltu viuere, deinde mori.

XVIII.

ELISABETHA COMES ZICHY
 NATA e COMITIBVS BERENYI
 AEGROTABAT.

(k)

Zichya, dicebam tacitus, mea *Zichya* morbum,
 Heu nimis arcanum, difficilemque trahit!
 Aestuat ad nomen Medici; Medicamina spernit;
 Haec mage, quam Mortem *Zichyas* illa timet.
 Imo fouet Mortem; Tumbam iubet esse paratam;
 Hanc amat; in sola Morte, Deoque mora est.
 Forte breui Vitam Mulier fortissima claudet,
 Et dabit in putrem nobile Corpus humum (l).

Feli-

k) Mulieris huius vere singularis, rarae, et incomparabilis
 Characteres exposui in ea, quam Poesi meae Narratoriae
 anno 1784 praeposui, Dedicatione.

l) Illa quidem ex hoc Morbo conualuit, sed postea denique,
 die nempe 2. Ianuarii Anni 1796, pie, vt vixit, ex hac
 vita decessit, relicto apud posteros sui desiderio, et sepulta
 sub Sacratio Templi Budensis B. V. M. in Coelos Assumpta
 in Arte, an. aet. 81.

Felicem! cuicumque suos finire labores,
 Optataque frui posse quiete datur.
 At mihi quod restat, quantum est? quae Fata supersunt?
 Fortunaecque vices? quae mea meta? quis est
 Curfus? quae series rerum? quis morbus? et vnde
 Anxia vota? labor? spesque, metusque mihi?
 Has ego dum curas dubio sub corde voluto,
 Ante oculos specie, qua solet esse, meos
 Diua, cui nomen Latio pro Carmine Musa
 Non reperit, Graecis dicta Πρωτοία, stetit.
 Vultus erat duplex, qualem tibi Iane vetusto
 More Polygnotus, Praxitelesque dedit.
 Dextra gerit Sceptrum, teretem gerit altera Sphaeram,
 Stellata in toto corpore Palla nitet.
 O Dea! conclamo supplex, et Numen adoro;
 Dumque volo voces fundere, Lingua stupet.
 Illa mihi hoc tantum: fatis est meminisse Πρωτοίαν,
 Dixit, et ex oculis cecidit imago meis.

BIBLIOTHECA THEOLOGICA

Budae Anno MDCCLXXXIII. Fulmine percussa.

Horruimus; quis enim non Fulminis horreat ictu,
 Formidetque suae tristia damna Domus?
 Ecce iterum tonuit! vibratur ab aethere Fulgur;
 Tangitur infesto Bibliotheca Ioue.
 Accelero, qua porta fuit. — — Mirabile visu!
 Salua a coelesti est Bibliotheca malo (m).
 Teter odor, fumusque niger, crustaeque caducae
 Fulminis illapsi vimque, viamque notant.
 Conde tuos, dixi, temerarie Iupiter ignes!
 Huc quaecunque iacis fulmina, vana iacis.
 Iupiter hic alter Deus est, qui cuncta gubernat;
 Illi, si nescis, Bibliotheca sacra est.
 Hic tela illius, clypeique; hinc fulminat, et te,
 Dogmataque, et Pestes, et Scelus omne ferit.

XX.

m) Non ita cum Bibliotheca Capitolina; nam, vti Orosius scribit post Eusebium, *Fulmine Capitolium ictum; ex quo facta inflammatio Bibliothecam illam, maiorum studio, curaque compositam, aedesque alias iuxta sitas rapaci turbine concremauit Imp. Domitiano,*

XX.

IOANNI SAJNOVICS
 ASTRONOMO CELEBRI

Dum in Castro Gentilitio Tordas Hilaria fuere acta.

(n)

Vidistine aliquem tali gaudere nitore,
 Qualis in hac nunc est, et placet aede, diem?
 Hic Tolna, et Pestum est; huc se noua Buda recepit;
 Albam, et Veszprimium, Vindobonamque vides.
 Ille etiam, quem Caesar amat, quo Patria gaudet,
 Musarum Praeses, Spes mea, laetus adest.
 Si tantae veniunt ad Rura frequentius Vrbes,
 Et redit ad votum saepius ista Dies;
 Nec Tu Wardhusio Venerem speculabere Castro,
 Nec tuus ad Budam Mercurianus erit.

Hic

n) Hic ille est *Sajnovicsius*, qui cum *Cel. Hellio*, vt *Veneris* transitum per Discum Solis observaret, *Wardhusium* ad extremos Europae fines anno 1769, petente Rege Danico, est profectus, ac inde, observatione feliciter facta, in Patriam reuersus; Budae autem die 4. Maii An. 1785 mortuus.

D.

Hic Tu non vnam poteris spectare Dionen,
 Hic ego Musarum pulpita constituam.
 Dicamus bona verba; Dii pia vota secudent.
 Viuat, qui nobis otia laeta facit!

XXI.

DYNASTAE TORDASIENSI.

(o)
Rura colis? coluisse sat est; iam frigida Bruma
 Personat, et niueo vellere Rura tegit.
 Dure! fugis nostram, quae Te desiderat, Urbem;
 Et quo Bruma riget sidere, Rura tenes.
 Te dulcis Coniux, Te dulcia pignora Nati,
 Et qui iam luci est proximus, ille rogat.
 Ferreus, et Scythico mage frigidus esse videtur
 Marmore, qui tali tempore lentus abest.

XXII.

(o) Ignatio Nagy de Alsó-Szomoldny, ad quem Iure Vxorio
 Sajnovics peruenit Dynastia Tordas in Prouincia Albensi
 sita. Illi inscripta est *Ars Poetica Generalis* — Budae
 Typis Regiae Vniuersitatis Anno 1783 vulgata.

XXII.

E I D E M

I N V R B E M R E D V C I.

Veniſti tandem, tuaquē expeſata tueri
 Ora datur (p). Salve Vita, Salusque piae
 Coniuſis! in viduo quae plorat morbida lecto;
 Salve praesidium, delictumque Domus!

XXIII.

C L. A D A M O V I S E R.

(q)

Carmina, quae *Nicio* modulatur *Agycius*, adfers (r);
 Nosco Virum, nosco Carmina, nosco Animum.

D 2

Ille

p) Ita loquebatur Anchises Filio suo Aeneae ad Campos Elysiōs
 venienti. Aen. VI.

q) SS. Theol. Doct. Hermeneuticæ Noui Test. Professori;
 nunc, anno nimitum 1862, Abbati Natæ Reginae Ange-
 lorum de Kompolt, Cath. Eccl. Quinque-Eccl. Canonico,
 et Bibliothecae Episcopalis Publicae Praefecto.

r) *Stephanus Agyich* Canonicus Quinque-Eclesiēnsis, multis
 Scientiis ornatus, sed praecipue Poesi amicus, varia sparsit

Car.

Ille Vir est, quem Phoebus amat, cui Pallas amica est;
 Quiue solet meritos condecorare Viros.
 Maxima Laus illa est (quod me docuere Camoenae)
 Quae venit a docto, conspicuoque Viro.

XXIV.

ILL. ANTONIO VÖRÖS

Carmen ex Tempore petenti.

(s)

Parce meam dictis stimulare in Carmina Musam!
 Blandiri, et laudes fingere Musa vetat.
 Si mea Musa loqui debet; vera loquetur;
 Materies *Carolus*, quem deamamus, erit.
 Audiet,

Carmina; inter quae illud etiam est *In Festam Inaugurationem Ill. D. Comitis Georgii Niczky* (quem Nicium nominat) *de Eadem, S. C. et R. A. M. Camerarii, I. Comitatus Veröczensis Supremi Comitis. An. 1783.*

s) *De Farád*, Ord. S. Stephani R. A. Equiti, et Consiliario Aulico; cuius amicitia, et memoria Mercuriano debet esse indelebilis.

Audiet, et laudes *Excellentissimus* illas

Audiet, a tota quas meruit Patria.

Noli igitur nostram stimulare in Carmina Musam.

Non audit de se vera Comes Sigrai (t).

XXV.

V O T A

PRO EODEM EXC. COMITE

Budae in Gen. Cleri Regni Hung. Seminario data.

Lux *Carolo* natalis adest; *Carolo* pia Vota

Tota Sacerdotum Turma, Domusque ferat.

Tercenti Iuvenes, Lectissima Melchisedechi

Progenies, *Carolo* si sua Vota ferant,

Armataeque Preces mittant ad Regna Deorum,

Nestoreos poterit dinumerare dies.

Nam quid Tercenti possint praestare? videmus;

Historici nobis dant monumenta Libri (u).

XXVI.

t) S. C. et R. A. M. Actualis Intimus Status Consiliarius, et Supr. Comes Comitatus Simeghiensis, a gestis aliis officiis notus, et grandaeuus An. 1784.

u) Duo hic praeprimis occurrunt Exempla; alterum e sacris, alterum profanis e Scriptoribus. Primum est de Libro

CL. ADAMO VISER

Hermeneuticae Novi Testamenti Scriptori.

(x)

Nuncius ille, Deum interpres, quem Graecia dixit
 Ἐρμῆν, Mercurius, τριςque μέγιστος erat (y).
 Quod de Mercurio memorat vaga Fabula; de Te-
 Verius in nostra dicitur Historia.

Tres Operis Sacri Partes mihi mittis, Amice!

Tres Operis Partes accipio, et relego.

Quae

Indicum Cap. 7. de Gedeone, qui cum 300. Viris percussit
 Castra Madian, et Amalec. — Secundum ex Libro 7mo
 Curtii de Alexandro M. qui cum Militibus pari numero,
 delectis Petram in Sogdianis situ fere inexpugnabilem, et
 30 millibus armatorum obsessam ad deditiorem coegit.

x) *Hermeneutica Sacra Novi Testamenti* in Tres Partes
 diuisa. — Budae, et Posenii An. 1784. in 8.

y) Cum Munia habeat magna, et multa Τριμυγιστος, Ter
 maximus adpellabatur; quamquam nec hoc ignorem, *Her-*
metem alium nominari *Trismegistum*; quod ille, apud
 Aegyptios fuerit maximus Philosophus, Sacerdos, et Rex.

Quae sint Verba Dei Pars prima fideliter adfert; I
 Altera, quis Sensus debeat esse docet. 2004
 Tertia Subsidijs, quae sunt externa, tributa est. 20
 Et imago ut pateant interiora, facit. 01. 1000
 Partibus his duce Te tota Hermeneutica constat,
 Et quae sit Noua Lex, quidue loquatur? habet.
 Sic aperis Sacri Mytheria Testamenti.
 Accipe, quae data sunt Nomina Mercurio.

XXVII.

SEMINARIUM GENERALE

CLERI REGI HVNG.

Buda ablatum, et separatum.

Mercurium video venientem; dextera Virgam,
 Qua potis est Animas dissociare, tenet.
Buda relinquenda est: *Agria* Pars altera, dicit;
 Altera *Pofonium*, non reditura, petat.
 O Mons, o magnis habitata Palatia Diuis!

O *Agria* in *Carolo* Terra beata tuo (2)!

Tolle

Unam Cleri Iunioris partem *Pofonii* Aet. Regia in Monte
 posita; alteram *Agriae* Excell. Praesul. *Carolus Esterhazy*
 de *Galantha* excepit.

Tolle tuos Sacra Turma Deos, age tolle Penates (a)!

Haec sunt Austriaci iussa suprema Louis.

Si tibi Iosephus Caesar pandit Pallaria; si te

Caesar Iosephus cbrat, amatoque, bene est.

XXVIII.

DOCTORIBVS THEOLOGIAE

Dum Regia Scientiarum Vniuersitas Buda demigrauit.

Imus, ut Imperium est: Vos Arx Pisonia; Nos hic

Pestani expectant, distribuentque Lares.

Vos, vbi Apostolici fuerant Insignia Regni,

Diua, cui curae est Theologia, locat.

Nos, vbi Iustitiam sapiens Astraea regebat,

Excipiet laeto Curia magna sinu.

Crescat Athenaeum Iosepho Caesare, crescat,

Et quanta est, totam compleat Hungariam!

Spar-

¶ Vt olim Aeneas apud Virgilium Lib. II. Troia discedens

Penates suos, magnosque Deos; ita Clerus Facultatem, seu

Scholam suam Theologicam, cum Seminario Generali Buda

secum asportauit. Anno 1784.

Spargite de Vestro Lucem, non Fulmina Monte;
 Religio Lucem, non graue Fulmen amat.
 Nostrium erit Hungarici curate Rosaria *Paesti*,
 Et Patrias lato spargere odore plagas (b).

XXIX.

DE MONILI FAMIGERATO.

(c)
 Quae Furia est? Furia illa fuit; fortasse Megaera,
 Quae dedit e Stygiis hocce Monile locis.
 Parcite Francigenae Torquem hunc captare; nocebit.
 Thebaidem Statii qui legit, ille cauet (d).

Har-

-
- b) *Paestum* Oppidum Lucaniae multo amoenissimum felici sub Coelo, et Rosarum abundantissimum; ideo *Paestana Rosaria* celebrat Ovidius, et Virgilius; quae Poeta propter similitudinem Nominis, et Rei ad Pestum Hungariae transtulit.
- c) Quod in Gallia magnam Litem, in aliis Prouinciis Expectationem conceitauit Anno 1785.
- d) Lib. II. a V. 267. Celeberimum est *Monile*, quod Vulcanus arte diuina fecit Harmoniae ex gemmis, et auro. Pretiosum erat, sed *Fatale*; quicumque enim Hominum illud possederunt, infelici casu perierunt. — Putat Poeta, *Monile* illud, vt parceretur Humano Generi, iam olim fuisse ad Tartara deiectum, nuper autem a Megaera in Galliam relatum,

Harmonie, et Semele, Iocasta, et læua Marito
 Eriphyle, Interitu Vos monere suo.
 Fatale est; quiscunque gerat, seu Femina, seu Vir,
 Carcere, vel misera Morte Monile lug.
 Mulciber huic Iras Superum, Virusque perenne
 Miscuit, et propriis Hostibus ipse dedit.
 Frustra ago, Romano decoratus Munice Princeps
 Hoc petit; heu Domino triste Monile suo (e) !
 Quid tibi femineo cum cultu, et merce Sacerdos?
 Quam verëor, tecto ne capiare dolo!
 Quod simus, factum est: Quotquot voluere placere,
 Iam sua per tragicum Damna Monile ferunt.
 Neve aliis porro noceat, La Mothius illud
 Retulit ad vestras torua Megaera domos.

XXX.

e) Cardinalis, et Episcopus Argentoratensis Ludovicus Princeps
 de Rohan Guiméné.

XXX.

ILL. ANTONIO VÖRÖS

Ad se per Epistolam inuitanti

Natalem Graecae reuehit Lux crastina Musae (f);
 Crimen erit talem non celebrare diem.
 Si tamen hoc taceas, veniam; sed nosco vocantem
 Te: prohibes. Quod vis, hoc volo: non veniam.

XXXI.

E I D E M

Budae in Domo Dynastae Tordasiensis hospitanti.

Vörös adest; tanto Nagy Optimus hospite gaudet;
 Scis? quo Iura vigent Praeside, Vörös adest (g)!

Sistite

f) Graeca illa Musa est Excell. Elisabetha Zichy, quae in sua senectute Linguam Graecam didicit, et cum Catone (vt est apud Ciceronem in Libro de Senectute) dicere potuit: Graecas Literas senex didici; quas quidem siq ante arripui, quasi diuturnam vim explere cupiens; vt ea ipsa mihi nota essent, quibus nunc me exemplis vt videtis.

g) Erat ille tunc in Regia Scientiarum Vniuersitate Studii Iuriae prudentiae Director, et Praeses.

Sistite currentes Horae! Themis imperat illa,
 Quae vos in vitam protulit, alma Themis (h).
 Illum ego (quis prohibet, quod sentio corde, fateri?)
 Illum ego non possum non deamare Virum.

XXXII.

CONVIVIVM ERVDITORVM.

Pulchra, et laeta dies! Primis Conuiuia Musis
 Christophorus Niczky, noster Apollo, facit (i).
 Illa dies doctas ad Mensam videt Athenas,
 Illa dies Diuis inuidiosa fuit.
 Aurum, ac Argentum, solidum et potabile lautas
 Commendat Gustu nobiliore dapes.
 Quodue magis gratum est, Vultum dat Apollo serenum,
 Ostentatque suum fronte, oculisque iubar.

Dipno—

1) In Hymno, quem habemus sub nomine Orphei, sic dicitur:
 ἄρα θυγατρὶς Διμῶος, καὶ Ζηνὸς θυγάτηρ etc.

2) Consilii Regii Locumtenentialis, et Studiorum Praeses, Tavernicorum Regalium Magister, Comes Tamesiensis, Actualis Intimus Status Consiliarius, I. Ord. S. Stephani R. A. Commendator etc. An. 1785.

Dipnosophistarum Mensas, Epulasque Deorum,
 Et quod Symposion dat Plato, Fama canit.
 Haec ego, dum licuit, solers, audiusque petiui,
 Et fateor doctos complacuisse cibos.
 Ast vbi Apollineae fas est adcumbere Mensae,
 Tunc nec Symposion, nec sapit Ambrosia.

XXXIII.

VERA AMAZON
 IN HUNGARIA.

Cesset Amazonias celebrare Poetita Matres;
 Est in Amazoniis fabula multa libris (k).
 Viuit in Hungaria, celeberrima viuit Amazon,
 Quae mihi feminea est conditione prior.
 Illa venustatem (vana est haec gratia) non vult;
 Si velit, vt Iuno, vel Cythereis erit.

Incor-

k) *Amazones* a *μαζός* adpellatae, quod dextram Mammam exusserint, vt liberius agere, pugnareque possint: vnde *Vnimammae*, bellatrices, et Mauortiae fuere dictae. De origine, patria, habitu, et cultu earum multa Curtius, Strabo, Iustinus, Diodorus Siculus etc. Sed fabulosa esse omnia iam Strabo iudicauit, Lib. II.

Incorrupta Fides, Probitas, Prudentia; Pallas,

Atque aliae similes sunt in amore Deae.

Sanguine de veteri nata est, et nupta Dynastæ (1);

Quinque sui Thalami Pignora Mater alit.

O duces Nati! quis vos timor angeret? aetas

Maternum posset si bene nosse malum.

Dextera, quam Vestros Natura parauit in usus,

Mamma tumet; Mammam Cancer acerbus edit.

Pharmaca dant Medici; sed inania Pharmaca cedunt;

Vincit Apollineam turgida pestis opem.

Quid memorem saeuos Cancro serpente dolores?

Mors iacet in molli conglomerata sinu.

Tolle meam Chiron, ait aegra, a pectore Mammam,

Et velut Ars tua te dirigit, vire, seca!

Illa iubet, cultrosque vrget, Mammamque cadentem

Excipit intrepida, sanguineaque manu.

O animam ingentem, et facinus memorabile! cui par

Non habet in fastis Ars operosa suis.

Eloquar Hungaricae Cognomen Amazonis? audi!

Christophoro Niczky Patre creata fuit.

Quid magis ad laudem Natae est, quam dicere Patrem?

Est etenim tanto Filia digna Patre.

XXXIV.

1) Ilf. Comiti *Ladisłao Smideg* de *Perełsteg*,

XXXIV.

PETRO É COMITIBVS DE RÉWA

Consiliario Regio.

Quos super Hungarica modulabar Amazone Versus,
Quod tibi distulerim mittere, questus eras.

Erubui, culpamque meam confessa rubedo est;

Nam mea culpa, Tui non meminisse, fuit.

Da veniam! mea Musa petit, nostrosque sereno,

Accipe, quos offert, vultu animoque Libros (m).

Carmina iussisti; Libros, et Carmina mitto;

Carmina cum Libris Te mea Réwa colunt.

Tu facis, et cumulas nostris Patrimonia Musis;

Ipsæ tibi vitam debet Apollo suam: (n).

Aurea, si posses, reuocares Secula. Fac nunc;

Quod potes, et Musam perge fouere meam!

XXXV.

m) De Aesthetica, seu Doctrina Boni Gustus, anno 1778
Budæ in duobus Voluminibus editos.

n) Erat enim Curator, et, vt vulgo dicitur, Referens Fundi
Studiorum in Consilio Regio Locumtenentiali Hungarico.

VATICINIVM
DE IOANNE PALAFOX.

(o)

Phoebe Pater, qui Fata vides, da scire, quod opto!

Scis etenim, quidquid scire Poeta cupit.

Accipietne suas tandem *Palafoxius* Aras?

Sic ego te nuper Phoebe precatus eram.

Adfuit, et subito mentem mihi corripit oestro;

Sentio fatidicum cuncta per ossa Deum.

Non

-
- o) Dum iterum Anno 1785 de eo in Numerum, et Ordinem Sanctorum referendo strenue ageretur. Erat autem *Ioannes de Palafox et Mendoza* natus Patre Iacobo in Arragonia anno 1600; Philosophiae, et Iurisprudentiae studuit Salmanticae; a Philippo IV. Rege fuit adsumtus in Consilium, et Tribunal Bellicum, deinde in Indicum. Postea ingressus est Ordinem Ecclesiasticum, factus Episcopus Angelopolitanus (*la Puebla de los Angeles*) in Regno Mexicano, seu Noua Hispania Anno 1639. Dimisso hoc Episcopatu (sponte, vel inuitus?) rediit in Patriam; sed Episcopatum *Osmensem* anno 1653 oblatum recusavit per biennium. — Tandem in eius administratione mortuus est anno 1659 die 30 Septembris.

*Non facit Omnipotens, quod vult Hispania, dixi;
 Roma potest Sanctos dicere, non facere (p);
 Multa sui documenta dedit Palafoxius (q); Illum
 Orbis uterque mali poenituisse sciet (r).*

Exiget

p) Dum quaeritur: An Roma sit infallibilis in Beatificatione, et Canonizatione Hominum? dici solet: Diuinae illius Providentiae, quae promissa fuit Ecclesiae, negotium esse, providere, curareque, ne quis pro Sancto colatur, aut colendus proponatur, qui Dei iudicio factus est reprobus.

q) In America, dum fuit, multas controversias habuit, cum R. Dominicanis, Franciscanis, Augustinianis, Proregis, et Archiepiscopo Mexicano; sed omnium multo gravissimam cum Jesuitis propter Decimas, et pecuniaria, quibus illi fruebantur, Privilegia et immunitates. Anno illius Seculi quadragesimo septimo prohibuit duobus Iesuitarum Collegiis, ne praedicarent. Illi autem et Verbum Dei praedicarunt, et Confessiones exceperunt. Episcopus duobus Collegiorum Rectoribus imposuit poenam Excommunicationis latae Sententiae. Igitur die 20 Martii Iesuitae elegerant Conservatores, qui post consilia sexdecim diebus agitata fecerant edictum: Patres esse restituendos ad usum et possessionem praedicandi, audiendique poenitentes. Palafox die 16 Junii discessit ab urbe, et latuit in eremo. Capitulum credidit Episcopatum vacare, deditque licentiam Iesuitis, qui tamen die 19 Julii suam priorem licentiam produxerunt. Controversia delata est ad Innocentium X. Pont. Max. qui continuo constituit singularem Congregationem ex quinque Cardinalibus,

E

et

Exiget e calido Phantasmata vana cerebro (s),

Et dabit ingenio fraena seuera suo (t).

Laudat,

et quatuor Praelatis. Ista vero censuit et *Episcopum*, et *Iesuitas*, et *Cōservatores* errasse: *Ceterum serio in Domino hortatur, et monet Episcopum, ut Christianae mansuetudinis memor erga Societatem Iesu, quae laudabili suo instituto in Ecclesia Dei tam fructuose laborauit, ac sine intermissione laborat, paterno se gerat affectu, eamque in regimine Ecclesiae suae perutilem adiutricem agnoscat, benigne foueat, et pristinae suae benevolentiae restituat.* Haec et multa alia videri possunt in Bulla *Innocentii X.* die 14 Martii an. 1648 edita. Hoc edito non fuit finita res; *Episcopus* enim multas alias accusationes adtulit, et causam vsque ad annum 1653 produxit. *Iesuitae* se purgarunt, et isto tandem anno Congregatio vltimam suam Sessionem habuit, ac inter alia *Palafoxio* scripsit: *Sicut eadem Congregatio dictos Societatis Iesu Patres serio admonitos cupit, et omni obsequio, et obseruantia certare studeant in amplitudinis suae merita ac dignitatem, — — ita pariter te etiam atque etiam hortatur, ut ea, quae decet, in tam laudabilem, proficuumque Ordinem existimatione Religiosam hanc Familiam in Vineam Domini summo cum fructu ac labore desudantem paterna charitate amplectaris, ac foveas.* — Deinde ad petitionem *Iesuitarum* seueram prorsus *Monitoriam* dedit, et praecepit sub *Censuris*, ut *Decretum* publicetur, *Societas Iesu* non molestetur, suis privilegijs uti sinatur, etc. anno 1653. die 17 Septembris.

*Laudat, amatque Libros, quos dat Iansenius, omnes (u);
Sera est, post mortem quae Metanoea venit (x).*

Sancto- V

bris. Decretum istud fuit iterum confirmatum die 9 Octobris eiusdem anni, et mandatum, vt publicetur. — Haec omnia, et multo plurima alia continentur in scripto Romae anno 1643 die 5 Nouembris typis euulgato, cui titulus: *Processus et Finis Causae Angelopolitanae*, etc. in fol. min. — *Palafox* perdita lite deseruit Episcopatum.

r) *Pellicot (Vie de Mr Palafox)* ait: Quid sit de hac causa sentiendum? sic habeto: Episcopus potuisset suum feruorem fraenare, et coercere; in processu enim huius causae valde multum ignis offendit. Agnuit suum errorem post suum in Hispaniam reditum; vbi sincera ductus poenitudine priorum factorum, retractauit omnia, quae in aduersam partem, praesertim in Ordinem in Ecclesia Dei praecipuum, dixit, scripsit, et fecit. Ita eius Biographus. — Propriam eius retractationem legere est in *Annotationibus in Epistolam S. Theresiae Sexagesimam quintam*.

s) Magnam in eo fuisse vim imaginandi testantur dicta et facta. Scribit enim inter alia, se a *Iesuitis* ad necem quaesitum in solitudinem secessisse; Christum sibi seruiuisse in forma hominis per annos plures, et cum iter faceret, currum, ne euerteretur, tenuisse; peregrinationem cum Virtutibus tamquam *Nymphis formosissimis* suscepisse, Visiones multas habuisse, etc.

t) Videatur Vita a *Pellicotio* scripta; item *Processus et Finis Causae Angelopolitanae* Romae editus; aut, quae in Bullario Romano reperitur, Bulla *Innocentii X.* etc.

Sanctorum numerus totum compleuerat annum;

Non est in Fastis, quae vacet, vlla dies.

Nec sua Loyolidae, gens prompta subesse, nec imi,

Quamuis sint Monachi, cedere festa volent.

Forse novos olim producet Iberia Coelos;

Tum nouus in prima Sede Beatus erit.

Haec ego, si memini, Phoebæ turbidus Igne,

Obscure, vt mos est, vaticinatus eram.

XXXVI.

u) Habeo prae manibus Theses 17 *Lucae* in hac materia vulgatas. — Siquis diligenter inquiret: quis fuerit *Palafox*? qui? et cur eius *Apotheosim* vrgeant? reperiet non vanam esse opinionem.

x) *Mercuria Poenitentia*. Dum Simulacrum eius, sed nescius, cuius esset? vidit *Aufonius*, sic illi:

— Dic rogo, quae sis? et hoc accepit responsum:

Sum Dea, cui nomen nec Cicero ipse dedit.

Sum Dea, quae facti, non factique exigo poenas;

Nempe vt poeniteat, sic *Metanoea* vocor.

XXXVI.

ANTONIO COMITI BRUNSVIK

Budae novam suam Aedem ingredienti.

Quae quondam Elysios Aeneam duxit ad Agros,
 In nova Te Dominum Testa Sibylla vocat (y).
 Vade! meis ego Te votis comitabor euntem,
 Distaboque Tuo talia verba Lari:
 Vt fuit Aenaeae Mora parua in Vallibus illis,
 Sic Tibi in hacce noua sit Mora longa Domo!
 Ille suos vidit, sed densa in Nocte, Nepotes;
 Tu videas clara in Luce, diuque Tuos!

XXXVII.

(y) Materiam, occasionemque huic Carmini fedit artificiosa, elegant, et magis pretii imago, in Noua Domo exposita, quae Aeneam (ex Libro VI. Virgilii) representat, in Campis Elysiis duce Sibylla cum Patre Anchise commorantem, et posteros suos ediscentem.

PETRO E COMITIBVS DE REWA

Epicedium Postulanti.

Quas Tibi debueram Lacrimas, et Carmina mitto!

Carmina cum Lacrimis iam sinit ire Dolor.

Nuper enim Vocemque meam, Fletumque repressit,

Et Musa insolito muta dolore fuit.

Occidit illa Tui Generis Matertera! Quantus

Heu! mea nunc iterum corripit ossa Dolor (?).

Lugete *Esstoradae*, et *Csakii*! quia *Barbara*, Vester

Sanguis, amorque breui Morte perempta iacet.

Flet Pietas, spargitque comas, et pectora plangit,

Relligio tristi tempora fronde notat.

Ah vtinam Pietas *Csakiae*, Virtusque supersit,

Procedatque pari femina, virque via!

Sed miseram aetatis sortem! Dum talia Corde

Vota gero, aetatis sentio damna meae.

XXXVIII.

(?) *Barbara* Excell. Comitiss *Ioannis Csaky de Kereszt-Szegh*
 Iudicis *Carice Regiae Comitum*; nata e Comitibus *Essterházy*,
 Mulier religiosissima, et omnibus virtutibus ad admiratio-
 nem, rarumque exemplum dignatissima, breui ex morbo
 mortua Budae Anno 1786.

M E T A M O R P H O S I S

I V V E N V M S C H O L A S T I C O R V M .

Discite, quod sacrum est Musis, non perdere tempus,
Vos Iuvenes, quos Diva Salus, et Cura Parentum
Mittit ad ingenuas operosae Palladis Artes!

Sacra Ioui lux orta fuit, cum pectora curis
Forte leuaturus, qua se vernantiâ Campi
Aequora diffundunt, lento pede languidus ibam.
Sonus eram, Soli Proles Semeleia Bacchus

Deiecto vultu, et caperata fronte, referens
Occurrit, qualem fert nuncia fama fuisse,
Dum patriam peteret Naxum, Natusque videret
Iuratam temerare fidem, mortemque parare.

Mirabar, quod solus, ubi Silemis, et hirti
Sunt Satyri? Thyrsesque truces? ubi tympana, et aera
Cum strepitu? missaeque Viris matresque, nurusque?

Ille mihi quaerenti inquit: Graecia nuper ad E
Festa dedi (veteres Dionysia, et Orgia dicunt)
Festa placent Bacchi; Proceres, Vulgusque per omnem
Exultant Urbem; resonat concentibus aether.
Succedere dies verni, quos Sancta Vetustas

In

In nostram instituit post Bacchanalia poenam.
 Christiadae corpus, sua per Ieiunia vexant,
 Continuantque preces sacras: Nos pellimur vrbe,
 Et miseram Socii coguntur ducere vitam.
 Perfugium Mons iste dedit, quem palmito multo
 Laxuriare vides; — hic est mea cura, laborque;
 Vinitor hic ego sum, terramque exerceo magno
 Cum Sociis sudore. Hodie, dum nempe laborem
 Adgredimur, vidi insolitum, et mirabile Monstrum.
 Dicam equidem, factum si vis audire: Libenter
 Inquam, dicam quae sunt. — Tunc ille, cum corpore
 Hanc adspice Silam!
 Hic, vbi castaneae, tiliaeque, quo cortice molli
 Sunt platani, solo vestitus gramine campus
 Mane fuit; nulla hic arbor, nulla haecenus vmbra.
 Mane fuit: nondum Sol matutinus in orbem
 Illuxit plenus; nondum Mysteria Divum
 More suo sacra perfecit in aede Minister
 Sacrorum; ferabatur adhuc Altare Sabaeo
 Thure, et odoratum voluebat in aera fumum.
 Haec ad rura Cohors Invenitur numerosa, Mineruae,
 Musarumque Scholis deudata, adcurrit ab Vrbe
 Seposito Superum cultu, Templisque relictis,
 Indulgere animo, et vario certamine vires
 Exer-

Exercere, pilam iactare, et ducere cursum.
 Luditur, et tempus pretiosum fallitur. Ecce
 Autem finitimo ex horto, vasto cum corpore, sese
 Ostendit Spectum, visu deforme, cui par
 Sola Potestatum figmenta creare putantur.
 Portentum ferale, cui coma plurima toruos
 Prominet in vultus, humerosque, ut lucus, obumbrat.
 Dextra gerit falcem; grandes, quos enibrat, ardent,
 Disperguntque oculi flammam; villosa ferinis
 Pectora inhorrescunt setis; turpissima magno
 Ora patent ridu; sistit, tantumque trifalci
 Voce tonat, elamatque ferox, ve Campus, et istar
 Adtonitus steterit, penitusque, exterrita tellus
 Terrorem in partes late diffuderit omnes.

Palluit ad Spectri visum, vocemque Iuventus,
 Et pars una metu torpet, pars maxima primum
 Ut se collegit, cursum velocitibus Euro
 Tentat; at in vanum: Non me fugietis Alumni
 Nequitiae, dixit. Iuvenes tellure sub ima
 Senferunt trahere pedes, hoc acrius omnes
 Incumbunt, totoque obnixi corpore certant
 Maturare fugam, et vestigia vellere terra,
 Ter frustra sese stimulant, ter denique frustra

Inten-

Intendunt cunctas omni molimine vires;
 Utque sua in Coelum tendebant brachia, Ramos
 Esse vident. Heu nos! Superi succurrite! clamant;
 Dumque rogant Superos, crescens in Corpora Cortex
 Et vocem, et gemitum, sansumque interceptit omnem.

SECTIO TERTIA.

I.

ORDO RELIGIOSVS

A S. PAULO BREMITA NOMINATVS

Die XX. Martii Anni MDCCLXXXVI. per Pro-
 vincias Hungariae diffluitur.

Venit summa dies, et ineluctabile Tempus (a).

Haec puto Coruorum Carmina nuper erant (b).

Primus

a) Ex Aen. II. Virgilit.

b) Corui inter Aues Oscines habebantur, dabantque Carmine
 seu Cantu Augurium apud Romanos; ita *Horatius* Lib. III-
 Ode 27. Quod Corui de interitu *Paulinorum* augurium
 suo cantu fecerint, mirum non accidit illi, qui meminuit
 Cotuos huius Virorum Ordini peculiariter fuisse additos.

Nam,

Primus in Hungaria, et celeberrimus Ordo Virorum

Occidit! exequias Patria Terra ferat (c).

Heu quantam facit vna dies, miscetque ruinam!

Vna dies morti Claustra, Hominesque dedit.

Felices, quos ante vetus sepeliuit Eremus!

Paupertas illis tuta, leuisque fuit.

Coruus

Nam, vt infra etiam dicam, *Paulum Thebaeum*, *Paulinorum* Patrem, aut *Antesignanum* *Coruus* adlato quotidie pane sustentavit. In memoriam huius beneficii *Coruos* illi suis in domibus veros, et fictos habuerunt, et signum pro re vsurparunt.

c) *Paulus* Anachoretarum Patriarcha Seculo tertio, natus omnem fere aetatem in solitudine consumpsit; vitam eius non ineleganti oratione, sed nescio qua fide? dedit *Diuus Hieronymus*. *Eusebius* vir quidam pius, Patria *Strigoniensis*, *Paulum* imitatus cum nonnullis aliis, vitam solitariam agebat in Monasterio *S. Iacobi* prope *Patach*. Vt autem suos mores ad normam religiosam melius componerent, a *Paulo* Episcopo *Wesprimiensi* Constitutiones quasdam acciperunt, et Congregationem a nomine *Pauli* *Brantiae* intecorparunt. Anno deinde 1308, cum ei praefectus *Lorenzianus* quidam *Strigoniensis*, a *Clemente* *K. R. M.* regulari *S. Augustini* obtinuerunt. Ordo totus anno 1317 a *Ioanne* *XXIII* *P. M.* confirmatur; qui in Hungaria maxime floruit.

Coruus ad esuriam Cerealia dona ferebat;

Et satis ad potum proxima lympha fuit (d).

Palma dabat vestes (e), tumulum fodere Leones (f).

Mors, et Vita pari Religione sterit.

Post

d) Si fides est *Hieronymo*, unde nata videtur esse traditio: *Paulo* in eremo *Thebaidis* degenti Coruus panem dimidium per omnes annos quotidie adferebat; cum autem *Antonius* apud eum hospitabatur, integrum accipiebat; ac sitim, vt alias semper, vicino fonte temperabat.

e) Idem *Hieronymus* testatur, quod fas est credere, tegumen *Pauli* ex Palma fuisse; ex Palma enim cibum, potum, vestitum, et alia multa confieri posse notum est. Vide e veteribus *Plinium* Libro XIII. Cap. 4.

f) Mirabile est, quod de Sepultura *Pauli* legitur. Dicamne? Mortuo *Paulo* ecce duo (sic enim scribitur) Leones ex interioris *Eremiti* parte currentes volantibus per colla iubis ferebantur? Quibus adfectu primo exhorruit (*Antonius*); rursusque ad Deum mentem referens, quasi Columbas videret, mansit intrepidus. Et illi quidem directo cursu ad Cadaver beati *Senis* substerunt, adstantibusque caudis circa eius pedes adhibere, fremitu ingenti angientes, profus vt intelligeret leos plangere etc. At ego reliquam eius narrationem non adtexam. Satis erit dixisse: *Paulum* a Leonibus terrae datum esse. Hinc etiam adparet causa, quapropter Ordo ille Religiosus suo in Solito Palmam cum duobus Leonibus gesserit?

Post ubi regales migravit Eremus in Vrbes,
 Non Leo, non Coruus visus adesse fuit.
 Si licet, inferias faciam, condamque Sepulcrum;
 Hoc autem in tumuli marmore Carmen erit:
 Siste Viator! in hac tumba iacet Ordo Virorum,
 Cui titulum a PAVLI nomine Roma dedit.
 Natus in Hungaria, per Secula quinque valebat,
 Diues opum, et multa nobilitate potens.
 Principio Silvas habitavit; Claustra deinde
 Constituit, mortem denique in Vrbe subiit.
 Mundus Eremitas, Monachos, Dominosque vocauit.
 Infula, Crux, Coruus, Barba, Cucullus adest (g).
 Haec, quae perpetuo frondescit Palma virore,
 Aeternum meritis datque, dabique decus (h).

II.

g) Ista sunt scilicet ornamenta, seu attributa Sepulcri; Infulam enim et Crucem gestavit Generalis Ordinis Praepositus, habuitque locum in Comitibus Hungariae inter Proceres, Signa cetera sunt etiam propria.

h) Prope Mausolaeum collocatur Palma, quae et aeternum vireat, precatur Poeta! Est autem Palma victoriae signum, propterea, quod vrgentibus, opprimentibusque non cedat; ait Plutarchus.

DE POMOERIO

VRBIS BVDAE.

Hic, vbi *Christophorum Niczky* captare Quietem
 Cernis, Coruini Principis Hortus erat (i).
 Illum, et Coruinum Libri multo ore loquuntur;
 Hortum *Christophori* Buda superna videt.
 Regius ille fuit, Status, Cultuque superbus;
 Hic decus ac Gustus nobilitate trahit.
 Et quanto minor est *Niczky* Te Maxime Regum,
 Hortus erit tanto pulchrior iste Tuo.
 Artem, et Naturam toto coniunget in Horto,
 Qui bene Naturam nouit, et Artis Opus.

III.

(i). *Matthiae Coruini* Regis, Bello et Pace, Literis, et Scientiis celeberrimi, qui Budam suis operibus mirifice exornauit, et Orbe toto inuictam reddidit. Eodem in loco *Christophorus Niczky* Domum, et Hortum Gustus exquisiti posuit; et in fronte Palatii hanc epigrapham legi voluit: *Quieti non Otio.*

III.

DE HORTO

Multis Liliis consito.

Quorsum tanta tuis Vir Amice fouentur in Hortis
Lilia? si pretio, quo valere, carent?

Lilia Virginei sunt argumenta Pudoris:

Parcius ergo suas Flora ministrat Opes.

IV.

ANTONIO COMITI JANKOVITS

DE DARUVÁR.

Dum Supremo Iustitiae Tribunali Praefes erat datus,

(k)

Hic Vir hic est, cui Iura Themis, Legesque tuendas,
Et quod in Hungaria est, Fasque, Piumque dedit.

O quem

k) Munia illius, et honores erant: Tauernicorum Regalium
Magister, I. Ord. S. Stephani R. A. Commendator, S. C.
et R. A. M. Aequalis Intimus Status Consiliarius, Comitatus
Syrmiensis Supremus Comes, et Excelsae Tabulae Septem-
Viralis Praefes. An. 1786.

O quem Te memorem Vir Maxime, et Optime! Plura
 Qui decora, ac mihi sint nomina, solus habes.
 Dum Tibi Iusticiam tradit Bonâ Diva regendam,
 In Te Virtutes, dicit, adesse suas;
 Et quod forte deest (credas illique, mihi) que
 Hoc sa Virrute non putat esse suam.
 Scande igitur Solum Thémidis, Gladiumque capesse,
 Qui non Sorte Tibi, sed Ratione datur.
 Iudice Te Ins cuique suum constabit, et omnis
 Curia Te nomen Praeside grande geret.

V.
 L I S H V M A N A
 IUDICIO DEORVM DIREMTA

PRO ILL. ANDREA DE SEMSEY.

(1)
 Lis erat in Terris; Litem finire Tribunal
 Humanum, Lis est tam dubitata, nequit.

Quis

(1) Erat ille tunc, anno nimirum 1786 Consiliarius Regius ad
 Tabulam Regiam Iudiciariam, Poeseos Amicus, et Cultor;
 tunc, sub anno 1802 Eques Ord. S. Stephani, Comitatus
 Vgotsensis Supremus Comes, et Personalis Praesentiae Regiae
 in Iudiciis Locumtenens.

Quis *Bezeredio* succedere debeat? actum est;

Par huic Septemvir, constituendus erat (m).

Causa Diis delata fuit: — decernere causam,

Quamvis sint magni, non potuere Dii.

Diua Themis, qua nemo suos magis nouit Alumnos,

Cui potius Votum dicat? in ancipiti est.

Si vos ancipites meritorum copia fecit,

Phoebus ait; Paridem sola Poesis agat.

Semseidi sunt iure pares, sed nemo Poesi;

Hanc colit, et nostri est parsque, decorque Chori.

Prò nimis ingratos, si qui dubitare potestis,

Esse Poetarum Munera, quae gerimus!

Et genus hoc magnum est; et res est magna Poesis;

Illam, quod hic simul Diique Deaque, facit. (n).

Adplausere Dii; totoque urgente Senatu

Semseidi Lances dat Themis ipsa suas.

VI.

m) *Michaelis Bezereidy* de *Adam* in *Septimum* *Iustitiae*
Tribunal *Affessori*, et *Consiliario* *Aulico*; qui suam a
munere missionem exorauit.

n) Dii quoque Carminibus, si fas est dicere, sunt;

Tantaque maiestas ore canentis agat.

Ait *Quidius* Lib. IV. de *Ponto*. Vellem, reseraret nunc

etiam in auribus omnium nostrum aurea illa *Ciceronis* vox,

quae pro commendatione *Poessos* est in *Oratione*; pro

Archia *Posta*!

E P I S T O L A

AD RR. ET ILL. NICOLAVM KONDE

de Póka-Telek.

(o)

Nuper in Augusta quae Normam acceperat Vrbe,
 In Patriam rediit sancta, potensque Themis (p).
 Si comites vis scire: Fides, Pietasque, Salusque,
 Astraea, et Nemesis; Lexque togata fuit.
 Dura etiam blando risit Rhamnusia vultu,
 Iustitiae comitem dum videt ire Chorum.
 Buda! triumphales Themidi submittere fasces
 Nunc opus est; Mauors, et Dea Pallas ait.

De-

e) Ecclesiae Metrop. Strigon. Canonicum, Abbatem B. V. M. de
 Candelis, Archi-Diaconum Sasváriensem, nunc Episcopum
 Magno-Varadinensem Excellentissimum, scripta fuit anno
 1786 nomine plurium Collegarum.

p) Anno 1785 imperante Aug. Iosepho II. R. H. Concilium
 erat coactum Viennae e praecipuis Iuris Hungarici Consultis,
 in quo deliberatum fuit de Norma Indictorum in Hunga-
 riam inducenda.

Deposuit veteres Mauortia Buda Coronas,
 Accepitque suam, tota decora, togam.
 Contere Viri tota de Gente, quibus sunt
 Credita Pannonii denuo Iura Fori.
 Factum est, ut Patrii fuerant Mandata Tonantis,
 Consider in celsa Curia tota Domo.
 In medio Themis alma librat momenta Senatu,
 Et nostra, ut mos est, Senza videre petit.
 Nullus Causidicus, nulla est post terga Iuuentus;
 Abdita sunt nostrae mystica sacra Deae.
 Konde sui Generis flos, et fiducia, Konde
 Noster amor, Cleri gloria, Konde, deest.
 Non Te nostra Cohors, non Te prudentia Iuris,
 Non Zomor antiquae Gentis origo iuuat.
 Sic tuus *Antonius*, sic saepe loquuntur Amici,
 Cum sibi dilectum *Konde* deesse vident (q).

Talia

q) *Antonius* L. B. *Sándor* de Szalavicza, S. C. et R. A. M.
 Camerarius, deinde S. R. I. Comes, et Eques Ord. S.
 Stephani R. A. *Emericus* *Beöthy*, *Bernardus* *Ürményi*,
Andreas *Semsey*, *Franciscus* *Niczky*, *Ignatius* *Bezzeredy*,
 Consilarii Aulici, et Septem-Viri, Iurisprudentia, multisque
 aliis scientiis, et dotibus egregie ornati.

Talia dum loquimur, Tuâ venit Epistola; quam nos
Legimus, et læto diximus ore, valet!

Konde valet, quem Fama tulit cecidisse supinum,

Et prope supremos oppetisse dies.

Si vacat, et validæ nunc sunt in corpore vires;

Sed vacat, et constant iam tua membra, veni!

Fortior ex casu surrexit Apostolus olim,

Paulus Apostolicæ regula, duxque Viæ.

Nos Themis hic solida vincit, cohibetque catena;

Libertas Themidis quæ fuit, illa iacet (r).

Si nostros igitur non aspèrnaris amores,

Vt leuiora cadant vincula nostra, veni!

VII.

AD DIEM NVPTIALEM

ILL. COMITVM

PETRI RÉWA, ET ESTHERIS SANDOR;

Hymen! o Hymenæe veni! iam currit Eous,

Et nouus aurato Sol vehit axè diem.

Ille

r) In priore Iudiciorum Ratione sæpe, diuque feriari licuit;
in hac noua Iustitiæ Cursu sine intermissione agitantur
Causæ: stant Tribunalia,

Ille dies hic est, pro quo suspiria multi,
 Multaque solliciti vota tulere Proci.
 Hymen! o Hymenaeae veni! Te pronuba Iuno,
 Te Venus, et Charites ad sua Festa vocant,
 Tempa patent, Altare vides, laetantur Amores,
 Ventilat accensas blandior Aura faces.
 Myrtea Serta ferunt Nymphae, Sponfosque coronant,
 Carmina Pierides, deliciasque canunt
Esther Sandorides, qua Buda togata superbit,
 Iungetur Thalamo *Réwa* diserte tuo!
Esther Rewaio Coniux datur; illa Virago,
 Quam veteri Astuerus diceret esse parem.
 Felicem Te *Réwa* tua cum Coniuge dicit
 Patria, et Hungariae Dacia iuncta suae.
 Nil ego Te melius novi; nil pulchrius illa;
 Hac specie Virtus, ac Honor esse solet.

VIII.

DE HORTO

EXCELL. COMITIS ANTONI JANKOVITS.

Hospes! si nescis, Hortum nunc possidet istum
 Ille, cui Daruvár, Pakratiumque subest,

Phoebus

Phoebus in hoc Medicas olim plantauerat Herbas,
 Aptaratque sua Pharmaca cuncta manu.
 Ast ubi, quem dixi, Comitem cum Coniuge ceruit
 Ancipiti pressum decubuisse malo;
 Illis eum toto sua Pharmaca commodat Horto,
 Utque Salus illis sit diuturna, iubet.
 Nonne vides? ut Hygia recens comitetur euntes,
 Surgat et ad dominos laetior Herba pedes!

IX.

AD CATHARINAM II.

MAGNAM RUSSIAE MAGNAE IMPERATRICEM.

Concedesne Tuum Nomen *Catharina* Camoenae
 Pannoniae? Nomen da *Catharina* Tuum!
 Non tangam Tua Facta; Dii! Tua grandia Facta;
 Namque ea Diuina sunt celebranda Tuba.
 Nec Tibi Maeonides par est, nec Musa Maronis
 Aequabit numeris Sceptra beata suis.
Russia, quam dicunt *Albam*, nisi fallor, in illis,
 Quae sunt summa, Tuis est numeranda bonis.
 Siquis

Siquis in interitu positam putat esse parentem
 Naturam, Princeps Maxima! Te videat (s).
 Te Mare, Te Tellus, Coelumque secundat, et inquit:
 Femina, quae similis sit Tibi, nulla fuit.
 Quaero Semiramidem; non vna Semiramis esse
 Fertur; at exemplum non habet vlla Tuum.
 Haenus vt tantam, quanta es, Natura crearet,
 Incassum vires fensit abire suas.
 Quando iterum talem producent Secula? iam nunc
 In Te Prototypon Secla futura vident.

X.

s) Epicuraci, et Stoici, vt Initium, et Finem Mundi, ita
 etiam Senium statuebant; vnde Lucretius Libro II. dixit:
 Iamque adeo fracta est Aetas, effoetaque Tellus, vix Ani-
 malia parua creat. Non ita Plinius, qui Lib. VI. Ep. 21.
 Sum ex iis, inquit, qui mirer antiquos, non tamen, vt
 quidam, Temporum ingenia despicio; neque enim quasi
 Jassa, et effoeta est Natura, vt nihil iam laudabile pariat.

E P I T H A L A M I V M

STEPHANO ATZEL

CONS. REG.

Aut Lapis, aut Ferrum est, qui non amat: Audio
dictum

Antiquum, et causam quaero, datamque fidem (?).
Scilicet hoc olim fuerit, cum tanta Venustas

Non fuit, et caecus Rem faciebat Amor.

Non ita nunc caecutit Amor; iam rara Venustas

Virginibus Patriis propria facta nota est.

Sed tamen hic etiam solum placet illa Venustas,

Quam Vita, et Virtus, et bona Fama facit.

Hinc Lapis, et solidum coepit mollescere Ferrum,

Atque alia praecipit ire Cupido via.

Et

1) Ex Adagio hoc veteri fit transitus ad *Atzel* nomen Hungaricum, quod Graecis, et Latinis dicitur *Chalybs*. Fuit ille tunc, seu anno 1787 ad Curiam Regiam Iudiciariam Consiliarius; nunc, anno 1802 Protonotarius Palatinalis, et Ord. S. Stephani R. A. Eques.

Et Lapis, et Ferrum castos nunc sentit Amores;
 Duritiem ponit Petra, Chalybsque suam.
 Ille *Chalybs* etiam, quem multa Ignatis Arte,
 Et rigidum fecit Philosophia, liquet.
 Quis magis austero Chalybum de sanguine durus (u),
 Vel quae tam solido Petra rigore fuit?
 Ille *Chalybs* adamantem magis durusque, tenaxque,
 Nunc amat, et Thalami Foedus inire cupit.
Barbara sola fuit, quae nostrum inflexit Amicum;
 Quae *Chalybi* placuit, *Barbara* sola fuit.
 Sed cui non Hominum placeat, Superisque probetur,
 Si placuit tali *Barbara* Sponsa Viro (x)?
 Ite Dionaei laeto certamine Fratres;
 Hunc magis, ac vllum, concelebrate Diem!
 Vos Genialis Hymen, vos pronuba Iuno Ministros
 Aduocat, et testes Foederis esse iubet.
 Ecce! manu Sponsam Mater Cythereia ducit,
 Utque solet, Festum Connubiale parat.

Hermo-

u) *Chalybes* Populi in Ponto a Ferro praefianti celebres. Iustino
Chalybs est Hispaniae fluvius, in quo Chalybes accolae
 Ferrum optime temperabant. Per utrumque possunt Ignati-
 tiani intelligi.

x) *Barbara* nata de Genere *Gadl*, forma, et multa virtute
 decora,

Hermopolitanus recitat sua Carmina Vates,
 Carmina felices vaticinata dies.
 Hic facit, vt rigidis Discordia vineta catenis
 In Stygio laceret se, crucietque Specu.

XI.

PATRONO MVSARVM
 RVSTICANTI.

EXCELL. IOSEPHO AB ÜRMÉNYI.

Rure Tibi viuas; aliis, dum degis in Vrbe.
 Hoc facis, haec Magni vita, salusque Viri est (γ).

XII.

PETRO COMITI DE RÉWA

*Dum Gubernii Regii M. Principatus Transilvaniae
 Praeses Vicarius constitutus fuit.*

Dacia tolle caput! Gemmis, Auroque nitere,
 Gaudiaque in toto corpore ferre decet.

Septeni

γ) Dicitur in Castro *Váhl* anno 1784, dum esset Eques Ord.
 S. Stephani, Coas. Aul. et ad Exe. Cancell. Reg. Hung.
 Trans. Aul. Ref. I. Com. Biharionensis Supr. Comes.

Septeni exultent Montes, fundantque Metalla;
 Samusius puris laetior erret aquis (z).
 Quem non sperasti, datur alter *Bánfyus* (a); ille
 Iam venit; euge animo! Spesque, Salusque venit.
Petrum de *Réwa* Comitum dum nomino, primas
 Ad tua Virtutes Iura venire puta;
 Hunc, si per leges Coeli licuisset, haberet;
 Quod licet, amissum Patria nostra dolet.
 Clarus Avis, et Mentē sagax, Animoque benignus,
 Quem dat amor Magni Principis, ille Vir est.
 Dacia Thesaurum, quo non pretiosior alter,
 Suscipe, et ut Vobis sit diuturnus, age!

XIII.

L V S V S P O E T I C V S

D E A V R A N Y M P H A .

Ibam forte via, Vallem quae ducit ad illam,
 Quae vetus a Pauli nomine nomen habet.

Hae

-
- z) Septem praecipue *Castris* super *Montes* extractis olim excellibat; unde hodiernum etiam apud Germanos, et Slavos *Transilvaniae* nomen.
 a) *Georgius* e Com. *Bánfy* de *Losoncz*, salus, et delictum suorum *Popularium*, *Gubernator Transilvaniae*.

Hac in Valle fuit, fuit olim insignis Eremus,
 Perpetuum duxit Gens vbi sacra Chorum:
 Si tamen hunc titulum potuit locus ille tenere,
 Qui speciem, et census vnus Vrbis habet.
 Estne fides Famae? Fama haec mihi talia narrat:
 Saepe trecentenos hic habitasse Patres (b).
 Nunc magis ex vero Vallem dicemus Eremum,
 Quae nemus, et lapides, et loca sola tegit. —
 Me simul vt vidit venientem, surgit in alas,
 Quae sedet in gremio Chloridis, *Aura* leuis.
 Illa meis totam se crinibus implicat *Aura*,
 Ludit et in trepidis irrequieta pilis.
 Ac modo caesariem turbat, modo in ordine ponit;
 Et turbare comas, et reparare placet.
 Ecce autem! *Zephyrus* querulo per Rura susurro
 Aduolat, et Sociam moeret abesse suam.

Aura

b) Corpus S. Pauli Anachoretarum Principis anno 1381, Rege Ludouico I. Venetiis adlatum hac in Valle fuit depositum sub cura FF. Eremitarum ab eodem Sancto se nominantium, qui a Clemente V. P. M. vt Regulae S. Augustini subiicerentur, obtinuerunt, seque ad Coenobium S. Laurentii prope Budam tota late Hungaria celeberrimum magno numero congregarunt.

Aura preces *Zephyri* sentit, sed abire recusat:

Est animus lusum continuare nouum.

Lusus erat breuis. Heu me! exclamat, et eiulat *Aura*;

Crinali imprudens se violauit acu.

Plaudit ad hunc gemitum *Zephyrus*; volat illa, me-
umque

Turbatum linquit mobilis *Aura* caput.

Aura mane! mea *Nympha* mane! nec tela, nec ignes

Sunt mihi; quae fugitas arma, Cupido gerit.

Ast ego necquicquam geminaui Carmina; Frater

Inuidus in ventos Carmina nostra dedit (c).

Inuide! dicebam, quamuis prohibere labores,

Diua tamen nostras resciet *Aura* preces.

Vt primum in Vallem fugitiua reuertetur istam,

Haec in marmoreo rudera verba leget (d):

„*Aura* redi, mea Diua redi; mea summa Voluptas;

Hermopolitanus te rogat, *Aura* redi!

„Non ego te laesi, dicit; te semper amaui;

Si dubitas, iurat: te colit, *Aura* redi!“

XIV.

c) *Zephyrum*, et *Auram* eodem Patre genitos esse Poeta censet.

d) Magnificentiam Eremitae loquuntur Rudera, et superbae sectae, tabulatoque Marmore reliquiae.

IOSEPHO DESCHAN
DE HANSEN
CONS. REG.

*Dum Administrator Regio - Cameralis Temesiensis
factus est.*

Vota mouent Superos; pergis, quo Vota fuerunt.
Perge! fauent Vestrae Terra, Polusque Viae.
Sed quid ego optaui, et dixi? — mea verba retracto,
Atque vtinam faciant irrita Verba Noti!
Estne aliquis, qui non doleat discedere? si Vos
Noscit, et vt toto pectore debet, amat?
Quis Tu? quae Tua sit Coniux? Vrbs tota loquetur,
Exemplumque suis connubiale dabit.
Felix, atque iterum felix Prouincia! quae Vos
Accipit, et tali Praesidè, Te fruitur.

XV.

IN MORTEM
VERAE AMAZONIS.

Magnanimi Patriae Heroes, Dium Genus! et Vos,
 Quas in Amazonio nomine Musa colit!
 Ferte triumphales Lauros, ornate Tropoea!
 Femina, Amazonidum maxima, strata iacet (e).
 Dicite, Io Paeon! — Tristes remouete Cupressos;
 Robur Amazonium, *Niczkyias Anna*, iacet.
 Fortiter, vt vixit, Mortem tolerauit; ab illa,
 Si posset vinci Mors fera, victa foret.

XVI.

e) Haec ea est Amazon Hungarica, de qua Carmen erat in
 Sectione Siluae Secunda. Mortua die 26. Octobris Anni
 1787, aet. 35.

EPIGRAPHE

IN NOYAM DOMVM EXC. IOSEPHI

AB ŪRMÉNY IN VÁHL.

Huc quisquē venis Hospes, bene venerist Hic est,
 Qui solet aduentu lætior esse tuo (f).

XVII.

FESTVM S. ANTONI DE PADVA

RVRI CELEBRATVM

Apud Ill. Conf. Ant. Antonium Vörös.

Vt fugiat pia Vota Comes, qui Iura gubernat,
 Venit ad Antonij Rura, Domumque mei (g).
 Quo fugis? inclamant, Budaque sequuntur Amici;
 Inuenient illo Te pia Vota loco. —

Saluete

f) Est, ut mihi quidem videtur, ait Tullius Lib. 2. Off. valde decorum, si pater Domos Hominum illustrium illustribus Hospitibus.

g) An. 1787. Excell. C. Ant. Jankovits de Daruvár.

Salucte Antonii! salve Comes optime! Tuque,
 Quem colit in proprio multa Corona lare!
Magdala Patris amor tenero fer gaudia Patri,
 Quemque cupit, thalamo *Magdala* iunge tuo.
 Fallor, an ille cupit *Petrum*? — Non fallor, in illo
 Fixistis Mentem Tuque, Paterque suam (h).
 Quis *Petro* melior *Petro* successerit? Ille
 Patre tuo dignus, dignus amore tuo est.

XVIII.

I C A R M E N N U P T I A L E .

Magdala parce metu! Non est Venus improba,
 quae Te

Nunc monet, et *Veghio* consociare cupit.
 Haecenus innuptae coluisti *Palladis* artes;
 Sola tibi *Pallas* cura, laborque fuit.

Vidi

h) Fanum *S. Petri* (Szent Péter) Dynastia III. *Antonii Vörös*,
 cui unica erat Filia, et Heres *Magdalena*. *Petrum*, cuius
 nomen hic non expressit Poeta, declaravit, annis 1788; die
 enim Ianuarii secunda nuptiae factae sunt inter *Petrum*
Vegh, et *Magdalenam Vörös*.

Vidi ego saepe tuum gaudens, dixique, laborem
 Palladis etiam posse decere manus,
 Iam matura Viro es; calathos, et fila remitte;
 Dux erit ad focium Cypria Diua torum.
 Nec tua se Pallas, nec se mea Iuno putabit
 Sporni; Iudicium non erit hic Paridis.
 Hic Venus, et Pallas pro te noua foedera pangent;
 Ad thalamum veniet Iuno, Venusque tuum.

XIX.

NOVI EPISCOPI

Anno MDCCLXXXVII. creati.

Pannonii gaudete! Nouos *Ecclesia*, sed quos
 Pontifices? et quo Munere? vestra capit.
 Diuinum est Munus, Sapiencia maxima, Caesar,
 Pontifices, quales prouida Roma petit (i).

Talia

i) Archiepiscopus Coloczensis *Ladislaus Comes Kollonicz*; —
 Episcopi: Vaciensis *Franciscus L. B. Splényi*; Zagrabiensis
Maximilianus Verhovacs, Iaurinensis *Iosephus Fengler*,
 Magno-Varadinensis *Franciscus Xav. Kalatai*; Scepusiensis
Michael Comes Brigido, Nitriensis *Franciscus Xav. Fuchs*:
 omnes die 20 Augusti nominati.

Talia dum Cæsar dat Vobis Nomina, Regem
Cæsar Apostolicum se magis esse docet.

XX.

ILL. AC REV.
FRANCISCO XAV. L. B. SPLÉNYI

De Mihaldi

EPISCOPO VACIENSI.

Optavi, et dixi: Si nos bona Numina curant;
Sed curant Populum Numina nostra suata.
Franciscus Splényi dicetur Episcopus; Illum
Ante alios, ambit Pontificalis Honor.

Quis melius curare Gregem? quis Sacra fouere?
Exempleque magis vultque, potestque loqui?
Illum Religio teneris nutriuit ab annis;
Virtutes Illi, Pieridesque dedit.
Par Generi est Animus; Meus est sublimior astris;
Spiritus a solo creditur esse Deo.

G s

NON

Non Merus, aut Fastus, non Spes, aut Ambitus Illum
Verterit; hic Fastus, Spesque, Metusque timet (k).

XXI.

I L L. A C R E V.

FRANCISCO XAV. KALATAI
EPISCOPO MAGNO VARADINENSI.

Sume Pedum, et Mitram! Tibi conuenientia sunt haec
Munia; Tu Praesul Varadiensis eris.
Si dubitas (dubitare hic est pulcherrima Virtus)
Si dubitas tantum Te meruisse decus;

M
A) Hic ille Vir est, cui nulla potest esse par oratio. Illustri
Genere natus an. 1731 die 23 Nouembris, Societatem Iesu
ingressus an. 1747 die 31 Oct. Philosophica, Theologicaque
Laurea ornatus, e Cathedra Scholastica translatus ad re-
gendam in Consubernio Tirnauensi Nobilem Patriae Iuven-
tutem, et deinde in Collegium Canonicorum Eccl. Metrop.
Strigoniensis adscitus, Principibus, et omni Hominum Or-
dini charus, Ecclesiae Vacienti datus Episcopus, mira vitae
innocentia, exemplari pietate, rara constantia, cunctisque
illis virtutibus, quae Religiosum, et Pastorem Gregis prae-
solent, spectatissimus; cessit e vita die 21 Dec. an. 1795
apud me semper immortalis.

Non Te, sed Populi Sensum, geminamque Mineruam,
 Mercuriumque meum consule; vera canunt.
 Pallas, et Interpres Diuum, Populique, Diique
 Te celebrant: pro Te debita Vota ferunt.
 Si Tibi non credis, credes Populisque, Diisque;
 Crimen erit Regi credere nolle tuo.
 Caesar, Apostolicus Princeps (quis Iustior illo?)
 Te scit, et ad Sceptrum Pontificale vocat (1).

XXII.

1) Palladem vtramque, Togatam et Armatam seclatus, postea-
 quam Iuuentutem vastis in Gymnasiis, et Academiis sacra,
 profanaque conditione impuit, ad spiritualement Legionum
 Curam ire iussus, ac subinde Societate Iesu dissoluta Mu-
 nere Superioris Sacrorum in Castris Curionum per Galliciam,
 et Lodomeriam functus aestimationem, amoremque com-
 munem emeruit, et Mercurium, seu Oratorem tum se
 maxime offendit, cum operam suam in reducendis ab
 errore Iudaicis, Arrianis, Hussitis, Anabaptistis, et Deistis
 posuit. Testem, iudicemque meritorum maximum habuit
 Josephum II. Caes. Aug. cum quo Rusiam vtramque, et
 Moscouiam persgrauit.

POETA MORBIDVS
AD DEVM MEDICVM.

Phoebe! videsne tuum rediuiua in Febre Poetam?
 Vita sub imperio est nostra, salusque tuo.
 Scis, ego nec Vitam nimis opto, nec horreo Mortem;
 Namque mihi in pretio Vitaque, Morsque pari est,
 Si tibi vita placet, vitam da viuere, qualem
 Vel Puer Oebalius, vel Cyparissus amet.
 Tu potes a nostro vitam seruare sepulcro;
 Quod potes, hoc abs te moesta Iuuenta petit,
 Votiuumque parat Carmen, quod dicat ad Aras;
 Dicit Io! faeuam vicit Apollo Febrẽm (m).
 Hermopolitanus tua Fortia Facta Latino
 Pectine (sunt etenim Fortia Facta) canet (n).

XXIII.

m) Iuuentae nomine designatur Archigymnasium Budense, cui tunc Poeta praecerat. Ab hac Iuuenta petit Phoebus apud Ovidium Lib. I. Trist.

Nectar, et ambrosiam, latices, epulasque Deorum
 Det mihi formosa gnaua Iuuenta manu,

n) Phoebus Apollo Cyclopes sagittis confixit, Midam puniuit, Marsyae pellem detraxit, Pythonem Serpentem interfecit, aliaque plura, quae referuntur in Historia, fecit.

XXIII.

DE BANO

REGNORVM DALM. CROAT. ET SCLAV.

FRANCISCO COMITE BALASSA.

(o)

Dic mea Musa Virum, qui nunc sub nomine Bani
 Antiquum Illyricum, Sclauoniamque regit.
 Sed talem dic Musa tuo mihi Carmine Banum,
 Qualis in Humano, iudicioque tuo est.
 Scis animum, mentemque meam; scis abdita cordis;
 Tu potes ingenii claustra videre mei.
 Sic ego; — at Illa negat se tantum dicere posse;
 Quantus hic est nostro, iudicioque suo.
 Delicias, inquit, si dicam, Hominumque Salutem;
 Dixi, quae potui, non ea, quae volui.

Plus

e) De Balassa - Gyarmath, perpetuo in Kék - Keö — —
 Ord. S. Stephani R. A. Commendatore, S. C. et R. A. M.
 Camerario, et Consiliario Actuali Intimo, Tabulae Banalis
 Praeside, Comitatum, Posegani quidem Supremo Comite,
 Szaladnensis vero, Varasdinensis, Zagrabiensis, et Cri-
 siensis Officii Supremi Comitum Administratore, et Delegato
 Commissario Regio. Ita anno 1788.

Plus animo sentire licet, quam dicere possim;

Transcendit vires Carminis Ille mei.

Admirare igitur mea Musa, repono, *Balassam!*

Hoc potes; haec Animi sunt modo Sensa mei,

XXIV.

FRATRI MEO

IOSEPHO

Ecclesiae Metropolitanae Colocensis Canonico,

Quae de Dramatica scripsi Praecepta Poesi,
 Exemplo vt doceam, Frater amate mones (p),
 Sunt ibi, quae Magni dedefant Exempla Poetae;
 Vana petes, illis si meliora petes.

NON

p) Budae Typis Regiae Vniuersitatis Anno 1784. Quo in Opere indicata sunt optima omnium aetatum, et gentium exempla, Comica et Tragica; neque illa fuere omissa, quae Dramatis sunt Musici. Dedicatus est Liber Fratri Iosepho, in cuius Memoriam licebit hic adnotare: fuisse eum inter Iesuitas Doctorem Philosophiae egregium, et magni nominis Ecclesiastem Hungarum in Augusta Vrbe Viennae; tum ab anno 1776 Canonicum, demum plenum annis, et meritis die 14 Ianuarii An. 1802 Aet. 75. ad aeterna praemia euocatum.

Non aliena peto, dicis; tua Dramata mitte!

Qua mente, et gustu sint data? nosse volo.

Sic est, et fateor, me Dramata plura dedisse,

Ac Musam in Scenis saepe fuisse meam.

Plutus, et *Alcestis*, quales mihi Graeca creauit

Fabula, Carminibus complacere meis.

Amphitryonidem Puerum, sed multa volentem,

In Biuium retulit nostra Camoena suum.

Aeneam ad Patrem duxi, Latioque locau;

Kemenio mortem non sine laude dedi.

Somnia Scipiadae Iuueni, quae Tullius olim

Rupit, restitui Somnia Scipiadae.

Buda probus Princeps, tuus Attila frater, in arctum

Ducitur, et falsa suspicione perit.

Mesa sum Gnatum, pressam quo liberet Urbem,

Sustinet iratis sacrificare Diis.

Cetera non memoro, quae struxi Dramata; censen^o

Illa tuis oculis digna? legenda dabo.

Tunc haec Romano sunt structa Poemata Versu,

Cum potuit Latio Carminē Musa loqui.

Nunc ubi Musa tacet, Latioque Theatra reliquit,

Noctem, non Lucem Dramata nostra petunt (q).

XXV.

q) *Plutus* ex Aristophane, *Alcestis* ex Euripide, *Hercules* in Biuijo e Xenophonte, et Prodicō; *Aeneas* ex Virgilio, *Simon Kemény*

D E N O C T E
A N T I Q V A D E A.

Est Dea, quae nigro Coelum praetexit amictu;
 Horrida, sed multis Nox peramata Dea.
 Haec illi dos est, et virtus optima, dicunt:
 Quod tegat obscuro plurima facta populo.
 Haec illi dos est, ego dico, et pessima virtus,
 Quod tegat obscuro facta nefanda populo.
 Pone tuum Nox atra peplum, claram indue lucem!
 Ingocua hoc tantum Tu potes esse modo (r).

Kemdy ex Historia Patria, *Scepto* Iuniae e Cicerone, *Buda*
 ex Annalibus Hunnorum, *Mesa* Rex Moab IV. Reg. 3. —
 Cetera sunt: *Attilae Clementis*, *Philotas*, *Pamphilus* Ado-
 lescens More *Plautino*, *Heros Fortunatus* Terentiano etc.

*) *Aratus* Noctem dicit Antiquam Deam; *Hesiodus* Matrem
 Deam Hominumque; et iquocatur, sicut *Lauerna*, apud
Horatium Lib. I. Serm. 16. Pulchra Lauerna!

Da mihi fallere, da iusto, sanctoque videri!

Noctem pescatis, et fraudibus obijce rubem,

XXVI.

A D M A N E S

I O A N N I S H V N N I A D I S

G V B E R N A T O R I S H U N G A R I A E

*Bello Turcico Anno MDCCLXXXVIII,**exorto.***H**unniades! surgesne tuo de pulvere? — Surge!

Bella vocant, Scythicos Hostis adurget equos.

Tu Mahometanae fregisti Cornua Lunae,

Sparsistisque feri Tela trisulca Iouis.

Nondum Tela dabas, cum iam cecidere Gigantes;

Quodue facis, nullus Iupiter ante facit.

Te Populi immanes metuunt, suaque arma relinquunt;

Fama tuos Hostes vincit, et exanimas,

Te pugnante Salus patriis constabat in oris,

Sed tuta Odrysii non erat Aula Ducis.

Nunc quoque Te memorant Turcae; Tua nomina

Mater,

Et Puer in cunis nouit, et arma timet.

Huc

Huc ades Heroum quondam fortissime! — Fallor?
 En iam sanguineo Mars rubet orbe! venis (s).

XXVII.

NICOLAO SKERLECZ
 DE LOMNICZA.

(t)

Hic ego, quas nostris sunt sparsa Encomia Siluis,
 Colligo, et inde Tibi laurea ferta fero.

Natus es in Pindo; potum de fonte perenni
 Melpomenem, et Socias credo dedisse Deas.
 Post varias Artes, post splendida Munia Regni
 Te sibi Iustitias Praeses adesse cupit.

Illa

*) Planetas Martis Orbis est sanguineus, seu potius flammeus; unde dictum illud: Ardentes Mauors accenderit ignes flammeus. Ex igne, fulgoreque eius Veteres coniectabant suam fortunam, credebantque Sidus hoc Mauortium suo influxu ciere Bella nefanda,

*) Ord. S. Stephani Equiti, S. C. et R. A. M. Consiliarie Aequali Intimo, Comitatus Zagrabienis Supremo Comiti, et ad Exceky. Tabulam Regiam Vice-Praesidi. An. 1786.

Illa Tibi Legesque suas, Larcesque resignat;
 Diuinoque Themis Te facit ore loquutum illi.
 Quando magis certam dederant Oracula Vocem?
 Dum loqueris, Phoebus nostra, Themisque tacet (u).

XXVIII

GEORGIO MAILATH

De Székely

CONSILIARIO REGIO.

(?)

Si Lucina meae non est inimica Poesi,

Proxima natali sunt mea Metra suo.

Estne fides Vari? Vates est Hellius; — Ille

Carminibus Vitam dicit inesse meis.

Sive

u) Oracula *Themidis* fuisse vetustissima innuit *Ovidius* Lib. I. *Met.* in *Historia Deucalionis*. *Themidem* ab *Oraculis* repulit *Apollo Pythius*, ait *Euripides* in ea *Fabula*, quae est de *Iphigenia* in *Tauris*; et successit *Vates Sacerdos Pythia*, *Phoebas* dicta, quae enthusiasmo plena solebat responsa dare.

a) Scriptum est hoc Carmen an. 1788.

Sive illi Angurium Phoebus, sine Astra dederunt;

Ille mihi Famam vaticinatus erat.

Ille novos animos, et sacros ingerit ignes;

Eces t. fauent Musis Phoebus, et Astra tuis;

Sic ait: et *Silvam Parnasi* nominat illos,

Quos ego Pannoniis scribo Poeta libros.

Fonte tibi nomen Parnasi displicet; Ohe!

Hic titulus, dices, ambitiosus erit.

Adspice, quem Phœcis deducit in aethera montem,

Bellerophontæi Fons, ubi manat equi.

Nonne hic et lauros, umbrasque, humilesque myricas,

Templa, iuga, ac hederas, Pieridesque vides?

Vt Nemus illud erat, sic est mea Siluula; Montem

Parnassum, et Fontem Graecus, et Hunnus habet.

Credis? in hanc Siluam venient, quos Musa Latina,

Et quos Aonia Fons trahit vber aqua?

Mailathidae certo venient, quia Musa Latina

His placet, et Gustum Castalis Vnda iuuat.

Carmina sunt nostri (sic vos dicetis) Amici;

Carmina *Mailathidis* Mercuriana placent.

Non amor, et studium, quo me complectere, sed Mens,

Et Ratio sensum, iudiciumque facit.

Quando ego, quos facili cantatis Apolline, Versus,

Atque alia ingenii pulchra Vireta legam?

Sunt

Sunt Tibi, et *Antonio* quam plurima Carmina Fratri,
 Quae meliora meis dicit Apollo metris (γ).
 Credo ego, si vestro faceretis Carmine Silvam,
 Aurea non vna ex arbore *Silva* foret (z).

SECTIO QVARTA.

I.

MONVMENTVM

EXCELL. ILL. COMITI
 GEORGIO REKETE

POSITVM.

(a)

Inuitum ad lacrimas, elegosque vocatis Amice!

Nam quis in hoc luctu sponte, lubensque canat?

illa,

γ) Abbat' S. Benedicti de Borghi, Praeposito SS. Salvatoris de
 Pápocz, C. Eccl. Iaurinensis Canonico, Oratori celeberrimo.

z) Nota est illa Silva apud Virgilium Aen. VI. cum Arbore
 illa mirabili, ex qua natus erat

Aureus et foliis, et lente vimina Ramas,

Primo enses, non deficit alter

Aureus, et simili fraudescit Virga metallo.

a) De *Galantha*, Ord. S. Stephani R. A. Magnae Crucis
 Equiti, Iudici Curiae Regiae emerito, qui per omnia, quae

maxi-

Ha, tuum quod carpit adhuc sub pectore vultus,
 Consumsit lacrimas cura, dolorque meas.
 Pauca loqui possum, qui plurima dicere vellem,
 Si dolor, et rerum copia pauca foret.
 Nec lacrimas, nec multa potest dare Verba Poesis,
 Dum sepelit summum Patria, moesta Virum,
 Mortuus est, cui Mors, nisi ferrea Fata negassent,
 Perpetuos fuerat dispositura dies.
 Vidi ego (nam nihil est, quod celet Apollo Poetas)
 Cum pia Mors contra Fata, Deosque stetit.
 Sed stetit in vanum; Divina decreta repugnant;
 Fecere Pannoniae prima Columna cadit.
 Hoc casu intremuit Pestum, primumque dolorem
 Sensit, et in totam reddidit Hungariam.
 Extulit adtonitis madidum caput inter ab vndis,
 Utque Viri Funus vidit, adauxit aquas.
 Buda suo succussa iugo Populumque, Patresque
 Fundit, vt exsanguis dente pia dona Patri
 Eheu!

maxima, varisque genis, Munia, descendit, et vnum ad ea
 sufficere, totumque, quibus essentia Scientiis, valeretque
 Mentis amplitudine, Consilia, promittidiat, et maturitate,
 Multo labore, distansque morbo confectus, in Caelo, vivere
 coepit die 18 Octobris An. 1788. Scripta fuit haec Elegia
 vrgente Ill. Antonio Vörös.

Eheu! quos iterum cogor renouare dolores,
 Dum tua iussa sequi dulcis Amice volo!
 Phoebus adest; sed qualis adest! — Non Laurus, et
 Astrum,

Sed dolor, et nubes anxia fronte sedet:
 Plangite Pierides! moestas decet esse Sorores;
 Dum Pater in ventos, aut leue corpus abit:
 Sparge tuas Elegia comas, nostramue querelam
 Funde per infernas, qua licet ire, domos:
 Dira vbi Tisiphone Gentem quatit anguibus illam,

Quae fuerat Patriae perniciosa suae:
 Si quis inest Erebo sensus, tua Carmina triftis
 Audiet, et fletum torua Megaera dabit:

Non ego vel vanas in Funera confero pompas,
 Vel sacra Carminibus Iusta profano, meis:
 Funera ducebat, comitesque volebat adesse

Relligio, comites quas habet illa Deas:
 Hic ego Virtutes, quarum scio nomina, vidi;
 Et dolui notas non fatis esse Deas.

Hic Themis, et Pietas, hic Spes fuit alma, Fides-
 que;

Fors Fortuna suum non habet vlla locum:
 Vna fuit facies illis, color omnibus vnus;
 Quid referam lacrimas? Vestis, et ora madent:

H

Ventum

Ventum erat ad tristem, qua *Fekete* conditur, umbram —

Hic mea, nam satis est, pleetraque, voxque silent.

Summa Fides vltro, vocisque silentia rumpe,

Tu petis, o animo Vir peramate meo!

Scilicet expectas, vt Mausolaea struantur,

Atque aliquod condat Mercurianus Opus.

Hoc Genus, et Proavi, Consanguinitasque, decorque,

Hoc et Pannoniae, qua patet, ora iubet.

Est in Pannonia nullo violabilis aevo,

Est Mons, qui geminum tollit ad astra caput.

Silua regit Montem; Siluam posuere Camoenae;

In qua Castaliae Vena perennat Aquae.

Hoc in Monte, meo statuam Monumenta Patrono,

Tangere quem timuit Momus, et Inuidia.

Tangere? quid dixi? primis in Honoribus illum

Laetior adspexit Momus, et Inuidia.

Deinde hoc, aut simili signabo Carmine Marmor;

Marmor enim docta construet arte Myron.

Atlanti Hungariae, dum Fata, Diique sinebant,

Summo, Progenies Mercurii posuit.

II.

L A B Y R I N T H V S

A L L E G O R I C V S.

Paule! Domum hanc intrare caue; Labyrinthus in
illa est,

Cui similem nescit Creta superba domum.

Ecce Dolus fedet ante fores! Dolus ostia pandit;

Intus Acidaliae suntque, manentque Deae.

Plura tibi non dico; — Cyprum Venus illa reliquit,

Quae solet incautos illaqueare Viros.

Hic habitat, celebratque Choros; laetantur Amores;

Hic ego non Urbem, sed Paphon esse puto.

Si vis ire, potes; facile est intrare; sed inde,

Crede mihi, magnus posse redire labor.

Quae te fila regent? qualis te Ariadna iuuabit?

Quis tibi vel Theseus, vel Faber alter erit?

Noui ego non paucos Labyrinthum intrasse, priusquam

Daedaleum Theseus ingrederetur iter.

Scisne aliquem, caeca qui se salvauit ab aede?

Dic illum; — praeter Thesea, nemo fuit.

Minotaurus inest, saevum et mirabile monstrum,

Qui prohibet saluos inde redire Viros.

Quaenam hodie est Ariadna? cui te credere pergis,
 Semiuiro praedam te dabit illa Boui.
 Hic etiam Alcides, qui tertia Victor obiuit
 Regna, manus vincetas, et sua colla dabit.
 Qui sapiunt, cauere Domum. — Caue limen iniquum,
 Si sapis, et vitam perge fouere tuam.

III.

E P I C E D I V M

THERESIAE LIB. BAR. SANDOR

NATAE R. L. B. DE CLAIRFORT.

(b)

Ah Mater! — Nam Mater eras communis eorum,
 Qui tibi per mores complacere suos.
 Matris ab adfectu sumis tibi nomen, et inquis:
 Dulce mihi est Matris Nomen, et Officium.
 Tu mihi non vitam, sed quae benefacta dedisti,
 Nec dare, nec quaeuis Mater habere potest.

Jam

5) Morientium Sacramentis instructa, et ad iter aeternitatis
 procurata decessit Bucae die 16. Decembris Anni 1788.
 Aet. 79.

Iam te Fata vocant ad Fūnera! Vadis ad illum,
 Quo venient omnes, Femina, Virque locum.
 Si mihi Conuentum nondum licet ire sub illum,
 Vnum est, quod possum: quo licet ire, sequar.
 Ibo, sequar corpus; lācrimas, et munera spargam:
 Munera, quae numquam sunt peritura, Preces.
 Has, dum vita fuit, voluisti; has semper habebis;
 Semper enim praesens Tu mihi Mater eris.
 Quodue ego non possum, Tibi *Zichya* nata *Berényi*,
 Illa sui Sexus Prodigium, faciet.
 Ecce! super Tumulum, qui Vos aliquando recondat,
 Parua, sed aeterno stant Monumenta loco (c).
 Miraremur Opus, si Mausolaea liceret
 Ponere; — Miremur: quod licet, illa facit.
 Ast precor, vt tumulum, quae Vos coniungat in vnum,
 Nulla sit, aut sero venerit illa dies!

Si

e) Mandato Iosephi II. Aug. Corpora Mortuorum extra Urbem
 debuere humari. Budensi in Agro *Zichya* secreuit locum,
 domumque posuit, in qua cum *Sandoria* sepeliri voluit.
 Mutato per mortem Augusti tempore mutatus est Mortuorum
 status; *Sandoria* quidem mansit in Urbis pomoerio; sed
Zichya immortalis anno 1796 locum in Vrbe pro se desti-
 nauit, occupauitque; vti dictum est Sect. II. ad Num. 18.

Si mea vota Deus respexerit, Illa superstes
 Permanet, ac solam Te domus ista teget.

IV.

C V L E X

In Monte Parnasso ad Poetam Nuncius.

Fronde sub umbrosa iacū; somnoque grauatū
 Vidi, quae Morpheus monstra videnda dedit.
 Nescio quis, qualive *Culex* de sidere? vultu
 Consider, ac totis inserit ora genis.
 Euigilo, palmaque meum cito persequor hostem;
 Sed procul a palma prouidus hostis abest;
 Sanguineque a nostro bene pastus in aëre ludit,
 Et veluti victor carmina laeta canit.
 Tunc ego: quis te, inquam, Montem deduxit in istum,
 Persuasitque meis figere tela genis?
 Quid tibi vel mecum est, vel cum Parnasside Turma,
 Parue, sed in telis sanguinolente *Culex*?
 Vade tuas ad Aquas, Veneremque require Sororem (d),
 Et me monticolam tangere porro caue. —

Ille

d) *Culices* inter Insecta Diptera auidi sanguinis, et potissimum
 humani. Telum illis et fodiendo acuminatum, sorbendo-
 que

Ille autem contra, quantum exaudire licébat,
 Talia de tenui guttore verba dedit:
 Cypria, cui vestrum culpa est accedere Montem,
 Per mea, quae fentis, spicula dicit: Aue!
 Illa suos, quamvis renuas, tibi mittit Amores. —
 Huic ego iam, quali sanguine sis? refero.

V.

LAVITIA, ET SALVS

In Potu Mexicano.

Lnuideamne tuum Ganymedes inclyte Nectar?
 Namque ego me purum Nectar habere puto.
 Perge Puer! laetum Chocolata paretur ad ignem;
 Verset odoratas turbo citatus opes.
 Bis duo triticei torrēbis segmina panis,
 Quem dederat primo flore subacta Ceres.
 Perge inquam; Americum propera mihi reddere Potum,
 Et compone suo murrhina vasa loco.

Deinde

que fistulosum. Oua flagnis concedunt; eapropter non
 alibi eorum examina, quam iuxta aquas, et vliginosa
 prata. Sororem dicuntur habere *Venerem*, quod haec
 quoque ex aquis, aut in aquis generata esse scribatur.

Deinde ego, quod satis est Peruani Corticis, addam;

Quae mihi non vno nomine crusta placet.

Haec est, quae certam praestat Medicina salutem,

Auctoresque suos Loyolidas celebrat.

Postea dentato spumas cumulabo cylindro;

Mexiaci florem Nectaris ipse legam. —

Quas mihi lautitias faciant mea pocula, qui scit,

Gustum diuinæ conditionis habet.

Aut hoc, aut nullum est, quod potant Numina,

Nectar;

Nectar, et Ambrosiam Diique, Deaque bibunt.

Nolo tuos Hebe, quamuis formosa, liquores,

Si tua non nostrum Pocula Nectar habent.

Credo ego, cum fugerent armatas Numina terras,

Has etiam secum corripuisse dapes.

Nunc vbi in Austriacas Pax alma redierat Vrbes,

Coelica cum priscis Moribus Esca redit,

VI.

V I A T O R I

Tumulum Hominis improbe Satyrici praetereunt,

Hic, vbi densa vides dumeta, vepresque; morari

Noli, sed coeptum carpe Viator iter!

Hic

Hic situs est mordax, et Iudicator acerbus,

Humani Generis qui fuit osor, et est.

Vivit adhuc, spinas acuit, vulnusque minatur:

Misanthropus is est noster: — abi, propera (e).

Audisne ex tumulo vocem? sibi dira preceris,

Clamat; et ut citius progrediare, monet.

VII.

DIALOGVS

INTER POETAM, ET DIANAM

De Venatione.

Nuper ut in latebris Siluarum solus oberro,
 Et Magnum in parvis rebus adoro Deum;
 Eminus insonuit Cornu. — Consisto; — Subinde
 Audio latrantes per iuga summa Canes.

En iterum in Siluis, quæ grata silentia rumpit,
 Et prohibet Carmen dicere, Turba strepit!

Sic

e) Non vetus ille *Micæ* *Deus* Timan Atheniensis, sed novus,
 et noster, priori illi prope par, qui seipsam, et omnes
 alios odisse videtur.

Sic mecum; — referoque pedes, et praepete gressu
Antra mihi solum nota subire paro.

Sed nondum adtigeram loca caeca, venire Dianam
Cum videp: Nymphis cincta Diana fuit (f).

Nomina non dicam: Chorus est pulcherrimus; omnes
Virgineum, ut Dux est, os, habitumque gerunt.
Quum propius ventum est; — neque iam deflectere
gressum

Tesqua sinunt, his me vocibus alloquitur:
Hic ne iterum tu Solus? ubi Venabula? — Fixum est
Et studia, et partes deseruisse meas?
Illa ego sum; meminisse potes, cui grata ferebas
Dona: vagas volucres, multigenasque feras.

Fortè

f) Imaginem eius depingat Claudianus Lib. II, de Raptu
Proserpinae:

— Triuiuae lenis species, et multus in ore

Frater erat, Phoebique genus, et lumina Phoebi

Esse putes, solusque dabat discrimina Sexus,

Brachia nuda nitent, leuibus proiecerat auris

Indociles errare comas — — .

Pendent post terga Sagittae;

Crispatur gemino Vestis Gortynia cinctu

Poplite laesa tenus, motoque in flamine Delos

Errat, et aurato trahitur circumflua Ponte.

Forte etiam coluisse sacras te poenitet aras,
 Et cuperes artes non didicisse meas?
 Diua! tuum Numen sanctum est, respondeo; Virgo es;
 Hic titulus, quo te cogar amare, sat est.
 Qui sibi me iunxit, tuus est germanus Apollo;
 Ille vetat Montem deseruisse Sacrum.
 Ille suos mecum partitur rite labores,
 Ille Sacerdotem me iubet esse suum.
 Inde, nec inuitus Phœbea negotia tracto,
 Dumque vacat, vario Carmine laudo Deos.
 Has inter curas modulari, et scribere Versus
 Maxima sunt animi gaudia crede mei.
 Haec ego vix finii; cum me Diana vicissim
 Excipit, et roseo sic ait ore: Bene est,
 Si te Silua iuuat, si te sibi iunxit Apollo;
 Cur modo nota sequi te piget acta Dei?
 An nescis, quantus fuerit iaculator, Apollo?
 Saepe illum Saltus detinuere mei.
 Vtque ego nunc, Capreasque leues, Ceruosque solebat
 Figere; et haec illi praeda triumphus erat.
 Hinc illi Virtus est aucta; hinc vertit in hostes
 Arma, quibus pavidas fixerat ante feras.
 Ille suis tumidum strauit Pythona Sagittis;
 Fulmineos etiam sustulit ille Fabros.

Cetera

Cetera non tango: Titania Bella reuolue;
 Bella haec in fumum mota fuere Iouem.
 Non timuit multos, immania monstra, Gigantes;
 Quos etiam montes adcumulasse videt;
 Sed stetit audaces contra imperterritus hostes,
 Opposuitque nouis tela cruenta minis;
 Cumque Dii fugerent, Coelumque, Iouemque tuetur,
 Titanumque nigro sanguine tingit humum.
 Hic ego: Quaeram aliquid Virgo! sed parce roganti:
 Suntne etiam in nostris talia Monstra plagis?
 Forte renascuntur patriis Cyclopes in antris,
 Sanguineaque parant fulmina dira manu?
 Anne nouus Python nostras circumsidet Vrbes,
 Humanasque auido postulat ore dapes?
 Si noua Centimani restaurant Bella Gigantes,
 Vel capitem septem Bellua vastat agros;
 En me etiam! — quamquam non magnae in corpore
 vires,
 Hic adsum, atque animo promptus ad Arma ruo,
 Si Deus, et Princeps per certa pericla petuntur,
 Vitam pro causa perdere dulce lucrum est.
 Nunc, vbi nec Python, nec Monstra horrenda mi-
 nantur,
 Nil opus est lassae stringere tela manti.

Quid-

Quidquid id est, quod Apollo dedit mihi muneris;
illud

Accipere, et toto robore ferte, meum est,
Ah vtinam Vati similem me redderet illi,
Carminē qui Tigres, et nemus omne mouet.
Carminibus cicurare aliquas mihi suauius esset,
Quam iaculo multas sternere posse feras.
Sed me dementem! qui vota fugacia mitto,
Et nouus in Siluis Orpheus esse volo.
Haec ego dum dico; Ceruos, Aprosque Molossi
Ante pharetratae Virginis ora premunt.
Arma rapit, sequiturque cito vestigia gressu. — —
Sic ego sum, et resto solus, ut ante fui.

VIII.

A M I C O

Connubium ineunti datum Responsum.

Quae mihi de Maio tua venit epistola mense,
Connubiale refert te subiisse iugum.
Fallor? an hoc facto gauisa est pronuba Iuno?
Vel tulit accensas dira Megaera faces?

Nosco

Nosco tuam Sponsam, nosco tua corda Metelle;
 Annuat, et laetus sit tibi semper Hymen!
 Quum mihi Connubium suades, ludisne? vel optas
 Nostra Sacerdotum vincula comminui?
 Non ego, si Sexti Pietas mea vincula rumpat,
 Sustineam socii foedus inire tori.
 Philosophi dictum, sic longa est fama, recordor,
 Qui bis in assumpta Coniuge laetus erat.
 Prima dies mihi laeta fuit, qua ducitur Vxor;
 Altera, qua Terrae contumulatur, ait.

IX.

A D I V L I V M

Pharmacis sine modo utentem.

Pharmaca multa bibis, comedisque miserrime Iuli!
 Pharmaca sunt vitae potus, et esca tuae.
 Quae tibi cum tali potuque, ciboque voluptas,
 Si tua perpetuus Corpora Morbus habet?
 Est aliquid, eam, et medicamina promere, ut alter
 Aere suo morbos, et prope funus emat.
 Vnde alii Vitam, Mortem tu ducis Amice;
 Ista mihi, fateor, Mors pretiosa foret.

Si

Si fera Mors tanto debet .vaenire paratu;
 Malo mori: mihi mors vna, nec empta placet.

X.

DE NUMERO

HOMINVM.

Quot sint in Terris Homines? numerare laborant
 Historici, et numerum se reperisse putant.
 Credo Hominum numerum, quem dicunt, sed quot
 in illo,
 Veri Hominis nomen qui mereantur, erunt (g).

XI.

HERCVLES PICTVS

Faeminea in Veste Fila trahit.

Quid facis imbellis? — Geminos tu presseris Angues,
 Qui modo faemineo sub pede pensa trahis?
 Fortior in Cunis igitur Tirynthius Infans,
 Quam qui Vir domuit plurima monstra, fuit.

XII.

g) Vulgatissimum est illud Diogenis: qui dum pleno die per
 plateas vrbis itat ardente cum lucerna, interrogatus re-
 spondit: *Hominem quaero.*

A M O R

Apud Virginem Vraniam sponte sua Captiuus:

C A R M E N N V P T I A L E.

Forte Rosas carpebat Hymen, et cepit Amorem;
 Tectus enim roseo Flore latebat Amor.
 Plaudit Hymen, Puerumque tenet, sertoque Rosarum
 Implicat, et laqueo nequit vtrumque pedem:
 Ille reluctatur, certatque fugacibus alis.
 Rumpere, quae dederat vincula laetus Hymen:
 Fortior est Hymenaeus Hymen; Hymenaeus Amorem
 Captiuum Hungaricae detulit Vraniae.
 Ista Rosae implicitum, sed nescia, prendit Amorem,
 Et locat in molli Virgo pudica situ.
 Hic ut virgineum thalamum, primumque pudorem,
 Et pretium, et dotes senserat, inquit Amor:
 Solue meos Hymenaeae pedes, tua vincula tolle!
 Nil opus est pedicis hic, mihi crede, tuis.
 Dic, alium sibi post quaerat mea Mater Amorem;
 Me nunc Vraniae forma, domusque tenet (h).

XIII.

A) Dicitur eorum sententiae conformis, qui scribat: *Amorem* fuisse a *Venere* genitum; unde Venus apud Virgilium Aen. l. ita suum compellat Amorem: Nate! meae vires, mea magna potentia solus —

XIII.

FVLVIVS ADOLESCENS

Ad Simulacrum Cupidinis dormientis consistens.

Surge Puer! Somnum iam tandem abrumpe, tuamque
Et pharetram, et cornu collige; surge, veni. (i).

Sic ait, et vocem hanc iterat; sic vrget Amorem
Fulvius, et lusum, tripudiumque parat.

Quid facis? inelamo; noli tibi credere Fului!

Si nescis, malus est, et ferus iste Puer.

Saxeus ille quidem est; super arma recumbit, et
haeret:

Sed caue, et hunc Puerum, marmor, et arma
fuge!

Tunc quoque, cum dormit, vigil est, aut somniat
astus;

Marmore ad hoc etiam tela, facesque iacit.

Perge tuum, quo ducit, iter; simulacra relinque!

Ille monet, qui te nouit, amatque, Pater.

XIV.

i) Ita fere Cupidini loquentum fuisse reperio Statilium Flaccum
in Anthol. Graec. Lib. IV.

A M O R I S
S T V L T I T I A .

Stultitiam si nosse cupis mi Lector Amantum,
 Vnum pro multis commemorasse fat est.
 Parthenopaeus is est patria, non corde, Poeta;
 Quamquam alias castum manet ab ore melos.
 Nisam amat; in Nisa mentem defixit, et artem;
 Hac sine se vitam viuere posse negat.
 Nisa redi, mea Nisa redi! Lacrimatur, et orat;
 Sic ego, sic etiam te rogat, inquit, Amor.
 Aut si nulla meae tangit te cura querelae,
 Nec vis te patriis reddere litoribus;
 Redde Animam, rapuere tui quam nuper ocelli;
 Vt mihi iam liceat te redeunte mori.
 Credo equidem in nostra facies tibi gaudia Morte,
 Nec cineri parces Femina chara meo.
 Ast ego te, quocunque loco es, sequar vmbra per-
 ennis,
 Aeternumque tua de feritate querar. — —

Sic

Sic Rota, — Ridesne? aut miseraris? — vtrumque
meretur,

Talia, qui potis, est dicere Stultus Amor (k).

XV.

S O C I O

Ad Amphitheatrum inuitanti.

Amphitheatra petis, nosque, vt tua facta sequamur,
Ad noua cum Sociis Amphitheatra vocas.

Parce, quod ad talem transire negemus arenam,
Damnemusque ferum, gaudia vestra, locum.

Non ita mi durum est peccus, qui talia spectem,
Oblectetque oculos haec laniena meos.

Exiure Ferae; — miscentur praelia, — Sanguis
Spargitur, et plausu laeta theatra sonant. —

Saeua mihi nimium sunt haec Spectacula; nolo;
Meque, quod his possis te recreare, pudet.

XVI.

k) Bernardinus Rota Eques Neapolitanus, natus anno 1509;
scripsit Latina, et Hetrusca Lingua.

DE FREQUENTI

A V T O C H I R I A .

Vita quid est? Res plena metu, res plena dolore;
 Adcumulat nostrum noxque diesque malum.
 Hoc est, quod multi properent abrumpere vitam;
 Sit violenta licet, Mors tamen ista placet.

Hos ego magnanimos dicam, celsoque beatos

Ingenio, et Gratos Philosophia tuos.

Ô stultas Hominum Mentes, illamque scelestam,

Siqua est, quae Mortem Philosophia docet!

Vidit in Eumenidum specubus Dux Troius illos

Qui sibi mortiferas adplicuere manus.

Nunc ad pauperiem, vellentque redire laborem,

Si reditum, et vitam Fata, Dique darent (1)

XVII.

Proxima deinde tenent inœquâ loca, si quis sibi lethum

Insontes peperere manu, lucemque perosi

Projecere animas. Quam vellent aethere in alto

Nunc et pauperiem, et dures perferre labores!

Fata obstant, trifidique palus inamabilis vnda

Alligat, et noues Styx interlusa coerct.

Aen. VI.

XVII.

E P I C E D I V M

Comi Melaenae datum.

Chara *Melaena* siles; miseram te! enecta veneno

Pergis ad infernum, non reditura, Chaos.

Pergis iter caecum sine me, sine *Phyllide*; cum qua

Somnus, et esca tibi, vitaeque dulcis eret.

Vidi ego te tristem; — iam tunc es visa perisse:

Clausa fuit stomacho Mors manifesta tuo.

Illa mihi gemitum, lacrimamque expresserat; illa

Nunc etiam Carmen dicere triste iubet.

Huc *Venus*, et *Veneris Pueri*, *Charitesque* venite;

Huc ades effusis moesta *Elegia comis*!

Huc veniat, quaecumque cupit, formosa videri;

Nam magis in planctu pulchra puella suo est.

Vivit adhuc, vivit? cuius tu crimine *Virus*

Summis, et aeternum blanda *Melaena* iaces.

Tecum etiam *Mens* illa iacet, quam saepe *Camobras*,

Mercuriumque meum haecificasse scio.

At ego si meritis pergo contexere laudes,

Adcumulabo malae gaudia *Persephone*.

Invida

Inuida Persephone! Tu quidquid in Orbe venustum,
 Quodue mihi gratum est, ad tua iura vocas (m),
 Siqua mouere potest Virtus tua pectora, fac sit
 A Phlegetontaeo tuta *Melaena* Cane.
 Si mea, vt a Superis moerens peto, Carmina possent;
 Quod *Procyon* coelo, nostra *Melaena* foret (n).

XVIII.

C L Y P E V S
 F E L I C I T A T I S

A *Minerua* datus.

Speravi, et metui; Spes hinc, Metus inde grauauit,
 Et multa in curis Noxque, Diesque fuit.

Quid

m) At vobis male sit malae Tenebrae

Orei, quae omnia bella decoratis!

Ait Catullus in funere Passeris.

n) *Procyon*, de quo Manilius Lib. I. et V. Astron. *Canis minor*
 in coelo post *Orionem* sub pedibus *Geminorum*, candam
 vertit ad caput *Hydrae*, et quasi latrans consequitur
Orionem, cui ita charus fuisse fertur, vt coelesti sede
 carere, quam *Canis* sui consuetudine priuari maluerit: hunc
 igitur a Diis obtinuit sibi adhaerentem inter sidera
 collocari.

Quid faciam? nec Mensa iuuat, nec Somnus amicam

Dat requiem; Vires sentio deficere.

Optabam Siculi tormenta subire Tyranni:

Poena Perillaeo lenis in aere foret.

Haec quoque Vota cadunt. — Tunc denique posco

Mineruam,

Et fero odoratas ad sacra templa preces.

Virgo iuua! dixi; saxumque a corde reuolue,

Et mihi tranquillas fac mea Diua dies! —

Audior. Illa mihi Loricam ex aere rigentem,

Scutaque terribili Gorgone testa dedit. —

Nec mala iam metuo, nec iam bona spero, Sabine!

Lorica, et Clypeus Spemque, Metumque fugat.

Vicisti Armipotens! tua me Sapientia saluum

Praestat, et vt leuior sit mihi vita, facit.

Sperent, et metuant alii; Felicior ille est,

Qui cauet, ac omni Speque, Metuque caret.

D A N V B I V S

Frigore constrictus.

Ecce iterum redeunte Gelu concluditur Ister,
 Captiuoque trahit vineula dura pede!
 Fortior est igitur Boreas, qui surgit ab Arcto,
 Quam qui centenas suscipit Ister aquas.
 Vnde tuis Borea venit ista potentia pennis?
 Vnde tuis Ister tam leue robur aquis?
 Mille rates vestare soles, et pondus in illis,
 Quamuis pondus inest, tu tamen esse negas,
 Saepe etiam ripas, et saxa rigentia sternis,
 Saepe virescentes depopularis agros.
 Tota licet veniat, triplicetque Scientia vires,
 Corruet, et victas Ars dabit ipsa manus,
 Nunc gemis, et huctum Fluuiorum Maxime gestas,
 Vinculaque, et quando dissoluenda? tenes.
 Nunc neque vis antiqua iuuat, neque flumina centum;
 Non Phlegeton, calidas qui tibi fundit aquas (o).
 Omnia

o) Thermas Budenses ex Phlegetonte Tartareo oriri dicunt Poetae;

Omnia qui potuit superare repagula, tenuit,
 Cogitur et Boreae fraena, iugumque pati.
 Ni velit ille iterum, frustra sunt Numina; frustra
 Et Martem, et Cererem, Mercuriumque vocas (p).

XX.

AD FORNACEM.

Quae mihi delicias Fornax facis optima; salve!
 Digna es Thure sacro, Carminibusque meis (q).
 Tu nec hyperboreos ventos, nec frigora sentis;
 Tangere non audeat te glacialis hiems.
 Tu mihi, dum rigidus domat arua, tegitque December,
 Ver facis, et grato membra tepore foues.

Tu

Quae rapidus flammis ambis torrentibus amnis
 Tartareus Phlegeton, torquetque sonantia saxa.

Aen. III.

p) Ister est necessarius Marti ad Bellum, Cereri ad Annonam,
 Mercurio ad Mercimonia.

q) Facta Dea est Fornax; ait Ouid. Lib. II. Fast. Et: Fornacali sunt sua sacra Deae; Lib. VI. Quis non rideat Fornacem Deam? vel potius doctos viros celebrandis Fornacalibus operari? quaerit Lactantius Lib. I. de Falsa Relig.

Tu Solem hibernum duplicas, tu tempora Noctis
Ingratae Musis reddis amoena meis.

Saeuiat, et Scythicis Aquilo resolutus ab oris
Colligat, ac gelidas spargat in Vrbe niues.
Si mihi sicca foco est quercus, funditque calorem,
Deridebo tuas aspera Bruma minas;
Ventorumque fugam celerem, clademque patratam
Carmine, laetitiae conueniente, canam.

XXI.

DE PERICVLIS
I V V E N T V T I S.

Daphni! Iuuentutis nostine pericula mille?

Mille Iuuentutis me Daphni damna mouent.

Quocunque adspicimus, fera tela videmus, et hostes;
Prodigium est tantis non cecidisse malis.

Ah quoties ego, dum memini mala fortis iniquae,
Et doleo, et longos conqueror ire dies!

Cur mihi non liceat mortes praerettere morte?

Est aliquid sensus perdere posse suos. —

Sic ego ne peream, periisse frequentius opto:

Accipiesne meas iam Libitina preces?

Illa

Illa negat, precibusque meis truculenta repugnat,
 Inuitosque homines ad sua iura rapit.
 Ergo si quis auct Vita decedere, Mortem
 Vitet, et inuitum se magis esse ferat.

XXII.

DOCTORI SACRO

Vota Diei Natáalis Fugienti.

Rursum Vota fugis; fugientem Vota sequuntur;
 Quoue minus quaeris, te mágis illa petunt.
 Si sic sacra fugam sequeretur Mitra, Pedumque,
 Praestaret tergum vertere, quam faciem.
 Sed nos iam frustra petimus, fugimusque quod optas:
 Vota, fugamque tuam Mitra, Pedumque fugit.

XXIII.

AD CHRISTVM

Ligno Crucis adfixum.

Christe, Salus Mundi, moreris! Nos viuere per Te
 Incipimus: quanta hinc gaudia, et inde dolor!
 Mors tua Mortem hominum vicit, vitamque reduxit,
 Quando super Ligno Mortua Vita fuit.

XXIV.

DOCTORI PHYSICAE.

Optime Naturae Speculator! Carmina mittere,
 Quae tibi de vero pectore fudit amor.
 Carmina si non vis, animum complectere: quamquam
 Cur dubitem? Carmen, Corque vouentis amas.

P Y R R H O

Illustri, et magnae Spei Iuueni.

Pyrre, tuae Patriae Spes ingens! accipiesne
 Dona, meos libros? accipe! Musa cupit.
 Musa mea est; animum illa tuum, mentemque pro-
 bavit.

Illa tuam mentem suspicit, et cor amat,
 Ante annos animumque geris, mentemque virilem;
 Sic tua si crescant tempora, qualis eris?

XXVI.

POENITENTIA FACTI.

Est aliquis, veteri prognatus sanguine: nomen

Non habet in nostro Nobilis ille libro.

Illum ego laudavi, laudesque in carmina verti,

Carmina, quae doctis displicere Viris.

Quid facis imprudens? sic me culpabat Apollo:

Non meruit Carmen Semavit ille tuum.

Quamvis sint bellae, non sunt in amore Camoenae;

Phoebus ei nullus, nulla Minerva placet.

Lusus, et Veneres, Choreas, Coniuvia, Nugas,

Et Fescenniuos curat, amatque Sales.

Huc multae funduntur opes, huc gaza paterna

Spargitur, hic veteris sunt monumenta domus.

Quodue magis triffe est: congesta pecunia ludum,

Heu dominis nunquam restituenda, facit.

Quid iuvat Aonias permagna potentia Musas,

Femineo tribuat si sua dona gregi? — —

Haec mihi Phoebus; ego laudes contexere pergo,

Indignumque Hominem stultus ad astra fero.

Laus illi placuit; grates quas soluerit? audi!

Promisi, dicit; verba dedisse fat est.

Sic

Sic ego delusum me sensi, et dicere coëpisti

Poenitet, et facti me pudet vsque mei!

Sique tibi meritas solui Deus optime poenas,

Da veniam; supremum hoc mihi crimen erit!

XXVII.

ROMA VETVS.

Graphice descripta, ac considerata.

Haec sunt ergo Urbis Romae miracula; Turres,

Maenia, Tempia, Domus, Amphitheatra, Viae.

Sunt hic Pyramides, sunt Mausolaea, Colossi,

Sunt Statuae, ac supero Testa propingua Ioui.

Sed quo Pyramides? quo Tempia, Palatia, Circi?

Et quaecunque caput tollit ad astra Domus?

Omnia, quae video, Romae miracula carpit,

Et nihil est, quod non vertat iniqua Dies.

Forte meum Versum, quem nunc inspirat Apollo,

Nulla lues, nullus carpet, edetque dies.

Nil habet in Musis Tempus, quod perdere posses:

Quae sunt digna legi Carmina, morte carent.

XXVIII.

AD CINCINNATVM.

Credo ego; nec fallor, Veterum te Stemmate natum

Ambrosia *Laeli* caesariate coma (r)!

Nam quod apud veteres Ars nouit mira Quirites,

Cogitur ad Crines illa referte tuos.

Maxima cura tibi est, est vnica cura Capilli;

Iudice te, Cinnis gratia prima data est.

Ecce Ciniflones — quis cetera nomina dicat? —

Cosmetaque adsunt ad tua iussa: sedes.

Iam lacerant, vrunt, torquent, finguntque Capillos.

Non dolet; ex ista nam venit arte decor.

Mille modos faciunt, nardoque perungere cernant —

Qua tandem sistent in statione comae?

Dum bene conueniunt, Baccho sum pulchrior, inquis;

Non habuit tales crispus Apollo comas.

Sed puto peccat acus, clamas; irasceris, ardes,

Atque aliud curae est aedificare caput.

Forte

r) *L. Quinctius Cincinnatus* a *Quinctia* dictus, Romanus fuit, cui astanti adlata est Dictatura. Quantum Verusitatis, et Artis fuerit positum in ornatu Crinium, documenta dat *Ouidius* Lib. I. Am. El. 2. et Lib. III. de Arte. *Martialis* Lib. II. Epigr. 66. *Iuuenalis* Sat. VI.

Forte tuos aliquando patet Venus ipsa Capillos,
 Et Bereniceo more per astra feret (s).
 Si Veneri placuisse cupis, Coelumque subire,
 Danda tuae Veneri, sed refecanda Coma est.

XXIX.

H O M I N I

De sua Deformitate nimium dolenti.

Aesopo similis vultu dum diceris esse;
 Aesopo vultu te pudet esse parem.
 Non pudet Aesopum formae, quia fronte sub illa
 Mens habitat, primis infudiosa Sophis (t).
 Si me Phrysiem faceret Natura, doletem (u);
 Sed cui Socraticum sit pudor esse Virum?

Maße

- s) Berenice Comam insignis venustatis deuotum Veneri pro incolunitate Viri sui Ptolomaei Euergetis bello impiciti; qui eius victorque rediit. Illa Comam adpendit in templo; at haec disparuit. Conon Astronomus in coelos delatam esse dixit, vbi nunc quoque fulget stellis pluribus.
- t) Socrates letitiam occupabat se deliciis Pabularum Aesopi; qui mortuo Statuam ingentem posuere Attici ante Septem Sapientes, quam Lysippus elaborauit.
- u) De Thersite omnium, qui ad Troiam venerant, corpore, et lingua, animoque turpissimo Homerus Iliad. II.

Maestè bonis animi! nec te Iouis armiger aufert (x);
 Nec perit a facibus Buda, vel Alba tuis (y).
 Te Iocus, et Risus, te bella Façetia iudit,
 Quamuis aduerso Terror in ore cubet.
 Tritonas, Satyrosque vide; deformia certe
 Monstra, sed aethereo sanguine nata vides.
 Forma suos hostes, et mille pericula gignit:
 Scis, vbi Narcissos, Hippolytosque legas (z).
 Tempus edax rerum est; quem pulchra viderat Eos
 Caesarie, nudo vertice Vesper habet.
 Finge alios non esse hostes; iam maximus ille est;
 Ille sibi est hostis, cui sua forma placet.
 Vt tamen in Proteum te possis vertere, quasnam
 Gallinas, et quod Gramen, Olusque voras (a)?

XXX.

x) *Aquila*, quae formosum Ganymedem rapuit, et ad Iouem tulit.

y) Sermo est de *Paride*, quem cum mater vtero gerit, somniat, se parere ardentem facem; consulti Vates responderunt: portendi incendium Troiae.

z) De *Narcisso*, quem sua forma peremit, Ouid. Lib. III. Meta. De *Hippolyto* Lib. XV.

a) Arguitur eorum superstitio, et stultitia, qui sibi miris artibus, et auxiliis conciliare volunt formam, et pulchritudinem. Non satis est illis, quod de Medicamine Faciei docuit Ouidius, ad alia sacra, profanaque adminicula conuertuntur.

K

XXX.

L E O

Rufici Filiam amat.

Ruficus est: huic vna fuit, sed bella Puella,
Desponsare sibi quam Leo toruus auet.

Inuitus Pater est: nubat mea Nata Leoni?

O Dii! — — Connubium Ruficus ille negat.

Sed videt iratum: metuit. — Mea Filia certe

Nuber, ait, si tu, quod cupit illa, facis.

Illa tuos dentes, vngues timet illa minaces;

Pone haec, et faeuas Rex generose minas.

Victus amore Leo est; dentes, vnguesque reuellit;

Vtque sibi detur iam sua Sponsa, petit.

Ruficus arrepto, neque iam formidat inermem,

Pellit inhumanum fuste, minisque Procum.

XXXI.

A L A V D A

*Adolescens comtus, et cristatus transformatur in
Auem sui nominis.*

Insignem galea Volucrem, cristisque comatam

Nostin? quae laeto decircinat aera gyro,

Argutumque melos liquide modulatur? — *Alaudam*

Dico,

Dico, laboriferi Veris comitemque, ducemque.
 Illam, qua fulvas voluit Marusius vndas,
 Fama est humana natam de gente, et osque
 Aetate in tenera, et primae lanuginis annis
 Pieridum coluisse choros, Phoebique penates; —
 Quae nisi Apollineam legem violasset, et artes,
 Effet Homo, et iustam non ferret Apollinis iram.

Christiadae antiquo Baali (nam Numen, et aras
 Servat adhuc veteres) Ludos, et Festa dedere,
 Hoste triumphato laeti, Iam multa per Urbem
 Fama canit resonare fides, ducique choreas
 Ad numeros, artesque novas, et gaudia magnis
 Plausibus intendi. Cantanti consonat aethra
 Per varios commota modos, Famamque vagantem
 Plena repercussis comitatur vocibus Echo. —
 Festa dari Baali non vltimus audit *Alauda*,
 Insignis forma Iuuenis, cultuque decorus;
 Audit, et optaret Sacra haec accedere, ni Lex
 Sancta Iuventuti ludos, choreasque vetaret:
 Legem etenim, poenamque bonus fanciuit Apollo.
 Quid faciat? cupit, et renuit; sententia mentem,
 Dum cupit, et metuit, nunc huc, nunc diuidit illuc.
 Denique: si Lex est, sua stet reuerentia Legi;
 Ire palam prohibet, sed non vetat ire sub vmbra.

K 2

Dixit,

Dixit, et Os larua texit, quam callida Momo
 Fraus dedit, vario tinxit malefana colore.
 Cristatum capite est, mento cadit hispida barba,
 Arte peregrina est, et nulli cognita vestis.
 Hac in forma alios, sed non tua Phoebe fefellit
 Lumina; mendacem vultum cognoscit, et heus tu
 Talis honor nostris est ergo Legibus? Ille,
 Ut solet, erubuit vultu, sed larua ruborem
 Occuluit, quantumue potest, sese esse negavit.
 Delius hic, nam iusta fuit, non continet iram;
 Sit mihi Baal testis; meritas dabis improbe poenas!
 Sic ait, et laruam fallaci detrahit ore.
 Fugit *Alauda*, timor fugientem conscius urget;
 Dumque fugit, cursum solito velocius ire
 Miratus, pennas in corpore surgere vidit.
 Mens erat acutum pennas euellere; sed iam
 Non reperit, quas ante manus protenderat: Alae
 Sunt duplices, gestitque loqui, culpamque fateri,
 Si culpam sineret rostrum, et noua lingua fateri.
 Antiquam Iuueni nihil est, nisi nomen *Alauda*.

XXXII.

ANDREAE GALY

SALVTEM.

(b)

Quam legis, ex illo Tibi venit Epistola Colle,
 Quem magis, ac Vrbes, Mercurianus amat.
 Quid veniat? quaeris; res est Tibi mira, videre
 Carmina, quae scribit nota, et amica manus.
 Sic est, ut memoras; me non misisse recordor,
 Quae fuerant isto Carmina scripta loco.
 Nunc, si scire cupis, quae me Tibi scribere caussa
 Iusserit? illa, potes credere, caussa noua est:
 Nox ea, quae Mensi fuerat postrema Nouembri,
 Nominis admonuit me bone Galy Tui.

Nox

b) *Concipista*, ut dici solet, tunc erat ad Exc. Consilium R.
 L. H. et in *Gregiali* Studiorum *Commissione* Actuarius,
 cum haec Epistola scripta fuit. Solebat autem laborem
 suum charta concludere, suoque Sigillo, quod Gallum
 rostro Stellam tenentem exhibet, munire, et ad Referentes
 mittere. Nunc est S. C. et R. A. M. Consiliarius, et ad
 Excelsam Cancellariam Regiam Transiluanico - Aulicam
 Secretarius.

Nox erat Auroræ iam iam vicina rubenti,
 Quæ Diui Andreae Festa referre solet.
 Somnus adhuc oculosque meos, pectusque tenebat;
 Sed leuis illa mihi noxque, foporque fuit.
 Adstitit in somno Gallus, qualem antea vidi
 In Gentilitio saepe venire Typo.
 Cristatum caput est, in vertice purpurat alto.
 Mollis apex, variis sunt data colla iubis.
 Et rostrum, et corpus validum est, — fortesque la-
 ceri;
 Pes Frameam, rostrum pensile Sidus habet.
 Ravi oculi flagrant; hincas caput explicat aures,
 Ostentat paleam, qua solet esse, rubram.
 Altera pars caudæ coelum petit; altera terram;
 Credideram pennas falceibus esse pares.
 Crura pilis hirsuta mouet; calcaria fumo
 Sunt pede: Mucrones dicere Varro potest. —
 Hunc ego dum specto Gallum, noua gaudia cantat;
 Stella cadit, mea Nox cessat, et ille volat.
 Vate mihi haud opus est; noui, quid dicat Imago,
 Si vere in nostro pectore Apollo sedet.
 Gdly! Tuus Natalis adest; Tua Nomina Gallus
 Cantat, et ut promat Vota Poeta, petit.

EVCHARISTICON

DIVAE APOLLONIAE

Virgini, et Martyri.

Virgo Paraetonias inter Sanctissima Nymphas,
 Nunc tibi Apollineo Carmine solvo fidem!
 Aeger eram; quae tanta mali sit causa? Machaon
 Quaerit: postremus Dens mihi morbus erat.
 Hunc mihi, Socraticas dum volo, quaerit discepto
 Chantas,
 Diues opum Iuveni Philosophia dedit.
 Accipe, quem tibi do, verum, studiose mearum,
 Sitque mei pignus Dens hic amoris, ait.
 Accepi, et dono, talique in Praeside tutus
 Musarum in Castris sto, Sophiamque colo.
 Postea, sic placuit, sacras conuerto ad Artes;
 Heu mihi, quam multi Dens hic origo mali est!
 Frangitur, et caris noctuque diuque cauatur;
 Poenituit doctam, dona dedisse Deam.
 Hippocrates, Chironque venit; solatur, uterque:
 Sed meus adlata crescit ab arte dolor.

Quis

Quis Deus, aut Homo me iuuet, quae Diua iu-
vabit?

Anne omnis Pietas, Arsque, Salusque iacet?

Decubui: varia dum ludit imagine Morpheus,

Ante oculos visa est sistere Virgo meos.

Vultus Apolloniam loquitur; probat omnia Somnus;

Forma fuit, qualem picta tabella refert.

Effigies pro voce valet. — — Iam vana Deorum

Turba absit; melior tu mihi Diua faue!

Sic ego; et enulsum radicibus egero Dentem;

Vicinus: exclamo; me mea Diua iuuat.

Accipiesne tuò, Grates pro munere? Quaeso.

Accipe, corque tui Virgo Clientis habe!

XXXIV.

DE BIBLIOTHECA

REGIS MATTHIAE CORVINI.

Dicam, quod quaeris; sed si me diligis, ultra

Non quaerēs; dicam cum gemitu, et lacrimis.

Hic, vbi nunc stamus, quondam celeberrima Regis

Nostri Corvini Bibliotheca stetit.

Staret

Staret adhuc, Musasque suo cum monte tenebat,
 Turcica ni Musis Gens inimica foret.
 Fama, locus, lapides, et rudera multa superant;
 Haec tantum ex illa stant monumenta Domo.
 Da gemitum, et lacrimas Hospes doctissime: deinde
 Pro meritis Turcae dic bona verba, precor (c).

XXXV.

A D A M I C V M

Quid Ruri faciam? quaerentem.

Quid faciam Ruri? quaeris; respondeo: viuo;
 Hic etenim vitam me reperisse puto.

Elysium

c) Dicitur non potest, quantis impensis ditavit, ornavitque suam
 Bibliothecam Rex Hungariae Gloriosissimus, et Eruditissimus
Matthias Corvinus. Suis ille victoriis, et studiis effecit,
 ut antiquae, vereque eruditae Graeciae; imo totius Orientis,
 et Italiae Literatae Opes Librarias in vna Buda collectas
 haberet, et non solum Pannoniam omnem suo illo Thesauro
 illustraret, verum etiam alias Europae Gentes fama, et
 admiratione completeret. Tali Principe, *Matthia Corvino*
 imperante, fuit Hungaria doctorum Virorum undique con-
 fluentium Patria; Buda autem Musarum Arx, et Regia. —
 Quis talia fando temperet a lacrimis?

Elysium est Ruri; Mors pallida regnat in Vrbe;

Vt Mors illa Tibi, sic mihi Vita placet.

Si Tibi cura mei est, velut est mihi cura Tuorum;

Vrbem; dum ferior, commemorare caue!

Tu valeas, ego Rura colo. — Saluete, Camoenae,

Et vos agricolae, turba beata, Deae (d)!

Deuenero locos laetos, et amoena vireta —

Eia Maro, Carmen dic mihi porro tuum (e)!

Nam quae de tristi Vates depingit Averno,

Effigiem viuuae Mortis, et Vrbis habent (f).

XXXVI.

d) *Musae*, et *Nymphae* Ruri habitant; ideo *Musae* dicuntur *Heliconiades*, *Parnassides*, *Castaliae*, *Pegasides*, *Aganippeae*, *Pieridae* etc. *Nymphae* autem *Lemniades*, *Oreades*, *Dryades*, *Hamadryades*, *Napeae*, *Naiades* etc. quae nomina apud Graecos indicant illa Loca, et Officia, quae colunt *Musae*, et *Nymphae*.

e) Est Versus Virgilii Lib. VI. Aen.

f) Vestidulum ante ipsam, primumque in faucibus Orci *Luctus*, et vitrices posuerunt cubilia *Curae*, *Pallentesque* habitant *Mors*, tristisque *Senectus*, *Et Metus*, et malesuada *Parses*, ac turpia *Egestas*, *Terribiles visu Formae*, *Lethumque*, *Labarque*.

Tura

XXXVI.

A. D.

PHILOSOPHIAM.

MDCXXX.

O Dea, quae Mentēs Hominum, Moresque regebas,
Quo tandem nunc es Philosophia loco (g)?

Te regnante salus populi, probitasque vigebat;
Parua licet fuerit, pauper, et arcta cohors.

Altera,

Tum, consanguineus Lethi Scur, et *in* pla. mentis
Gaudia, mortiferumque aduerso in limine *Bellum*,
Ferrei que *Eumenidum* thalami, et *Discordia* demens.

Aen. VI.

g) O vitae Philosophia dux! sic eam alloquitur Cicero; O
virtutum indagatrix, expultrixque vitiorum! Quid non
modo nos, sed omnino vita hominum sine te esse potuisset?
tu vires peperisti, tu dissipatos homines in societatem
vitae conuecasti; tu eos inter se primo domiciliis, deinde
coniugiis, tum literarum, et vobum communione iunxisti; tu
inuentrix legum, et magistra morum, et disciplinae fuisti,
etc. Lib. V, Tus. Qu. n. 2.

Altera, quae nunc est, ~~dispar~~ tibi, et omnia versat,
 Quot folia in Siluis, tot putat esse Sophos (h).
 Si probitas, populique salus tanto agmine tuta est,
 Vicimus! in firma prosperitate sumus.

M A I O S O P O I I N S

XXXVII.

I V V E N I

De Imagine venuste picta.

Quid dubitas? muta, et picta est, quam cernis,
 Imago.

Autorem si vis scire: Amor autor erat.

Pictor Amor fuerat; nam mirus in arte magister

Est Amor; hoc Zetixis, Parrhasiusque docet.

Ille quidem Linguae vocem, motumque negavit;

Ast Oculis ignes, et sua tela dedit.

Inde faces, et tela vibrat: Iuuenis fuge! — Sed Te

Heu miserum! sera est iam fuga, vulpus habes.

XXXVIII.

h) Est Philosophia paucis contenta Iudicibus, multitudinem consulto ipsa fugiens, eique ipsi et suspecta, et inuisa. Lib. II. Tus. Qu. n. 1. *Sophistas* adpellat Socrates apud Platonem, et in eos multos Sarcasmos, Satyrasque effundit.

APOTHEOSIS MENTIS.

En iterum *Mens* facta *Dea* est! Sapientia Mundi
 Religiosa struit Templâ, Focumque Sacrum;
 Sublatoque Deo, qui Mentem, et cuncta creauit,
Mentem Diuino rursus honorè colit (1).
 Vnde haec Impietas? aut tanta Amentia Genti,
 Quae pia, quae sapiens, et bene sana fuit?
 Haec qui scripta legent olim, credentne Nepotes,
 Tam mala Maiores Facta dedisse suos?

Quis

i) *Mens* a Romanis consecrata fuit, vt Bonam ea Mentem concederet; in Capitolio habuit *Aram* a M. Aemilio positam; eidemque *Aedem* vouisse dicitur Attilius Praetor, et postea Duumvir ad hoc creatus dedicasse.

Mens quoque Numen habet; *Menti* delubra videmus

Votâ, meta Belli perfide Poene tui, etc.

Dicit Ouidius Lib. VI. Fast. — Philosophi quoque plerique Nōv, seu Mentem, Deum fecerunt; sed non eodem sensu, et modo. Stoici fere cum Platone conueniebant. Huc facit illustris locus apud Ciceronem Lib. II. de Natura Deorum n. 23.

Quis tam peruerse dicit fecisse Pelagos,
 Aut ita Romulidas desipuisse putet?
 Graeci, et Romani *Menti* delubra dederunt,
 Sed minus, ac alios, hanc coluere, Deos;
 Supremusque Deus, Diuum Pater, atque Hominum
 Rex
 Omnipotens illis Iupiter, vnus erat.
 Nunc (facinus ferale!) Deum noua Sancio Sumum
 Tollit, et a sola viuere *Mente* cupit.
 Quid *Mens* illa? idemue Animus, Ratioque? vel
 vnde
 Vis illi, et Numen? dicite Philosophi!
 Dum de *Mente* Deam, Numenque Humana creat
 Mens,
 Victima Stultitiae *Mens* cadit ipsa suae.

XXXIX.

-
- k) Poetae, quibus plura licent, multa post *Lucretium Menti*
 fluxere encomia; quale est apud Iacobum Balde Sat. 13.
 — Nihil, ac *Mens*, est aequè mirabile — —
 Ex summo rega e genus deducit olympto,
 Portio coelestis, diuinae particula aurae etc.
 At vna id etiam ingeminant, quod *Aurelius Prudentius* in
 Carmine de Natura Animae scripsit:
 Crede Animum non esse Deum, sed crede creatis.
 Maiorem cunctis etc.

XXXIX.

P O E T A

Dum forte in obscaenum Poema incidit.

Ah pereat! castam qui primus amore Poesim,
 Musarumque sacrum commaculavit Opus.
 Quid facit hic lasciuia Venus, nudusque Cupido?
 Et quae foeda magis Monstra referre pudet?
 Ars tota haec sancta est; sanctos decet esse Poetas,
 Non habet hic aliquem turpe, malumve locum.
 Ista Dei laudes, Hominumque encomia cantat,
 Et ratio Vitae quae sit habenda, docet:
 Talis erat quondam Genius, Sermoque Poesis,
 Cum Pudor, et Probitas imperium tenuit (k).

Aft

-
- l) Sic honor, et nomen diuinis Vatribus, atque
 Carminibus venit etc. ait Horatius in A. P.
 Quam in rem multa sunt dicta in Arte mea Poetica Budae
 anno 1783 Typis Vniuersitatis vulgata. Huc pertinent
 quae Lib. 2. Cap. 3. eiusdem Operis latius disputantur.

Ast ubi corrupta est natura Poeseos almae,
 Quid? nisi Gomorrham, et turpia facta parit?
 Quas referet pœnas temerarius Artis adulter,
 Debita si sceleri poena luenda datur?
 Quidquid apud Ditem patiuntur Belides, Atreus,
 Tantalus, Ixion, Danaidesque: parum est.
 Diua, cui volupe est meritas decernere poenas,
 Adraſtea nouas congregat Eumenides;
 Et quoscunq; videt sacram turpare Poesim,
 Damnât ad atroces, et iubet ire rogos.





SILVAE
PARNASSI PANNONII
PARS SECUNDA.

SECTIO PRIMA.

LECTORI AMICO.

Si Tibi Silua placet, Siluam hanc pete Lector Amice,

Et propius, qualis sit mea Silua, vide!

Nulli hic sunt Satyri, nullae sine veste Napaeae;

Aut, quae lethiferum dant aconiton, Hydrae.

Si fentes, vepresque times, Te fallis, et erras;

Non est in nostris aspera Spina Libris.

Silua mea innocua est; Laudes, non Crimina profert;

Deliciasque suas in Probitate locat. —

L

Euge

Euge ergo ad Siluam! Locus hic forte alter et alter,
 Qui non vana Tibi Gaudia pandat, erit.
 Si tamen hic nihil est, quod Te deleat; id oro:
 Parnassum ut nolis ludificare meum!
 Carmina fecerunt Bauius, Maro, Horatius; et quos
 Roma vetus memorat Scripta dedisse, Viri.
 Si quis apud Bauium laudet, quod turpe, malum est;
 Huius, an illius Culpa notanda venit?
 Anne ideo insipidum, et vatum dicemus Homerum,
 Quod Tibi non placeat Zoile Vatis Opus?

II.

M E R C V R I A N V S

Tendit ad Alterum Montis Verticem.

Hic mea sit Requies. — Vrbes, Sociique valet!
 Nunc mihi nec Socius, nec placet vlla Domus.
 Hoc in Monte, cui nomen Τῖδορῆα Pelasgi
 Indiderant, dicam Carmina: Musa faue!
 Hic ego finitimi video penetralia Coeli;
 Iamque mihi aethereas sentio inesse faces.
 Ah vtinam in cineres cito cedat inutile Corpus,
 Et faciles Animae pandat ad Astra vias.

Quid

Quid moror in Terris? — Mortali in Corpore Sensus
 Aestuat, et Vitæ quæ sit origo, docet.
 Semina de Coelis Homines si ducimus altis;
 Hac etiam meus est in Regione locus (a).
 Est aliquod; sed ubi? et quali sub nomine Sidus,
 Quod mihi Rex Coeli pro statione dabit?
 Felices Animæ! quæ iam Loca vestra tenetis,
 Dicite, quæ mihi sit Stella data Locum?
 Dicite, quam longe sit Mercurianus ab illa,
 Quæ solet in Terris esse suprema, Die?
 Accelerate suis in cæsibus Astra, Diesque,
 Et facite, vt mihi sit crastina, summa Dies.

Interea

a) Animum Humanum esse *Diuinæ Auræ Particulam* eleganti
 periphraſi dixit Horatius Lib. II. Serm. 2. quoniam illum
 de Coelo demissum coelestis Ignis particulam docuere
 Veteres. Vnde Virgilius: *Ignis est illis vigor, et coelestis*
origo; Iuuenalis autem: *Sensum a coelesti demissum traximus*
arce. Clarius, et nobilius ait Cicero Tusc. Quæst. Lib. V.
 n. 38. *Humanus Animus ex Diuina Mente decerptus cum*
alio nullo, nisi cum ipso Deo, si hoc fas est dictu, com-
parari potest. — Quæ omnia ita sunt intelligendâ, vt
 Sacer Codex loquitur: *Formauit — Dominus Deus Hominem*
de limo terræ, et inspirauit in faciem eius Spiraculum
Vitæ, et factus est Homo in Animam viuentem. Gen:
 Cap. 2.

L 3

Interea Coelum, quo non licet ire, licebit
Adspicere, et superam spe tenuisse Domum.

III.

D E M O R T E

In Memoriam Exc. Comitis

A N T O N I I J A N K O V I T S .

(b)

*M*arce! volo de Morte loqui; de Morte loquentem
Audi *Marce!* iuuat nos aliquando Mali
Communis meminisse, cui succumbere debet
Gens Hominum, et quidquid viuit ab aere. — —

At at

Quid facit in Silua Parnasi, dicis, amara,
Lurida, caeca, rapax, tristis, et inuida Mors?

Nam

-
- b) Vir in Prima Siluae Parnasi Parte celebratus, qui nullum potuit habere inimicum, nisi hominem malum. Mortuus est Sexagenarius Anno 1789. die 16. Augusti Budae, et sepultus in Oppido Csepregh, olim Scarabantia, Dynastia sua, Prouincia Soproniensi.

Nam neque Parnassi Siluae, nec Montis Alumni
 Vates, nec Musae, Turba nouenna, Sacri,
 Laurigerique Iugi patiuntur Funera; viuet

Phoebus, et Aonidum Turba, canetque Nerus
 Parnassi; viuent Vates, qui Carmina scribunt

Digna loco: Mors hic non habet imperium. —
 Sic est, vt memoras, inquam. Sed omitte timorem;

Mors ad Parnassum me duce non veniet;

Et si forte aliquo veniat ductore, timebit:

Lugere, et lacrimis Funera magna sequi

Ciues Parnassi possunt; ast perdere Vitam

Nec Mors ipsa cupit; nec bona Fata sinunt.

Luge igitur mi *Marce* et vos lugete *Camoenae*!

Tuque Sacri Montis Praefas Apollo, mihi
 Frustra Opifer dicte, in gemitum tua corda resoluere,

Et fac, vt in ludum tota Praesis eat!

Nam violenta, ferox, et inexorabilis, Orco

Nata, et digna Erebo, sanguinolenta, meum

Hei mihi! de *Daradar* Comitum, spectante Galeho

Non vno, et Medica deficiente Manu,

Frustraque infumptis operosa Viribus Artis,

Immortalem Hominem sustulit impia Mors. —

Ah qualem, quantumue Virum Res Publica, qualem

Patronum amittat *Mercurianus* in hoc

Funere,

Funere, vos scitis Musae, et memorare potestis!

Dicite! vos omnis Terra, Polusque gemens
Audiet, ac meritos post Funera mittet honores.

Dicite! nam mea vox fracta dolore silet.

IV.

O R S O V A.

Mense Aprili Anni MDCCXC Expugnata.

Fama volat; laetis illam *Victoria* pennis

Incitat, et Linguis omnibus ire iubet.

Audite o Populi! sic illa, ruitque per Vrbes:

Orsova, Pannonii Filia Danubii;

Quae quondam Odrysio seruire coacta Tyranno est,

Venit ad obsequium Regis Apostolici;

Orsova Pannonio quae ponit Maenia Regno,

Armataeque Deae *Palladis* ora refert.

Aere caput tegitur, Ferrum latus ambit vtrumque,

Lacera manus Clypeum, dextera Tela gerit;

Et prius Austriacis quae dira fuere Cateruis,

Spargit in aduersos funera plura Getas (o).

Haec

a) Per hanc Allegoriam, et Profopoeiam exprimitur Status,
et Robur Arcis Orsovae, quae in medio Danubio sita Mu-

Haec dum *Fama* canit, *Victoria* venit ad *Aulam*,
 Victoriq; petit praemia digna *Duci*.
 Dux, et Miles habet sua praemia; at *Arce*
Bistonio redditi *Pax* iterata *Ingo* em *idv* *ponit*
 Pro *Pacem* inuisam! dixit *Bellona*; suosque
 Cum fremitu ad *Rheni* *Cornua* verrit *Equos*.

V.

P O E T A

*Cur Annis quibusdam Rarior in colenda Parnassi
 Silua?*

Olim, dum placuit; vel *Munia* nostra sinebant,
 Saepe ad *Castalias* exspatiabar *Aguas*.
 Hic ego cum charis agitabam gaudia *Musis*,
 Et tibi, quae cecini *Carmina*, *Phoebe* dabam!

Seruat

nimenta habet omni ex parte fortissima. Dicitio tota eo spectat, ut intelligatur, Personam Poeticam Orontae similem esse Palladi armatae, castae, et inuptae. Quamvis enim Tarcis seruire debuerit, atque iterum, Pace Sifouienae ita volente, seruiat, mente tamen, animoque puro Augustae Domui, cui suam debet originem, et fortitudinem, fidelis esse voluit.

Seruat adhuc, seruetque vitipam! mea Carmina

Phoebus,

Datque legenda suo Carmina scripta Choro.

Nunc, vbi me crebris onerat Res Publica curis,

Non licet ad bifidum Iaspis venire Nemus.

Vt placitum Superis; median concludor in Vrbe,

Et quae Terra mihi est tradita, vincus aro.

Felix! si nostrum patiatur Terra laborem,

Et videam fructum semina ferre suum.

Ast mihi saepe graues vox haec diuerberat aures:

Desine, curarum Mercuriane, sat est!

Triste Solum est, quod aras; quid arenae Semina
mandas? —

Et properas vitam sacrificare tuam?

Sic est: saepe meum vertit Fortuna laborem,

Et bona, quae foui, vota fefellit Ager.

Anne igitur cedam sine Spe? Budamque relinquam?

Otiaque in Siluis mollia segnis agam?

Non ita me segnem Mater Natura creauit:

Hic etiam similem me decet esse mei.

Difficili, fateor, iam dudum versor in agro,

Exterior rigidos surgere saepe vepres.

Nec tamen hic omnis Terra est lapidosa, nec omne,

Quod cadit, in tribulos Semen abire solet.

Vidi

Vidi ego iam fructus, et præmia plura laborum,
 Agnouique Boni Dona, Manumque Dei.
 Fixum ergo est veteres hic continuare labores,
 Et fructum a Magno sollicitare Ione.
 Auxiliare meis igitur Deus optima curis,
 Et fac, ut ad votum semina sparsa cadant!
 Vel si forte aliam tua Gloria poscit Arenam,
 Hanc precor, utque mihi sit cito nota, rogo!
 Ibo, tuo solum munitus Numine; et omne
 Hac ope me credo vincere posse malum.
 Interea, dum me complura Negotia cingunt,
 Nec licet ad Silvas sæpius ire meas.
 Fas mihi sit geminos describere in Arbore Versus,
 Proxima Pegasæis quæ viret Arbor Aquis;
 Mercurianus in his quod sit modo rarior umbris,
 Si qua est, hæc vestra est, non sua culpa, Dii!

VI.

A D L I V O R E M.

Cur ita transverso Liur me lumine spectas?
 Est aliquid, quod me non meruisse doles?
 Cedo, quid illud? opesne meae? vel splendor Honorum?
 Mirum, quod videas illa, quibus careo,

Si

Si tamen est aliquid, quod me meruisse negabis;
 Tolle, tuum est totum, me quod habere vides.
 Litor ad haec: Non hoc, quod habes, sed id vsque
 dolorem
 Auget, quo bone Vir Mercuriane cares.

VII.

VATICINIUM IANI

Anno MDCCXCVI.

Illunem ad Noctem tacitus meditabar; et ecce!
 Audio vicinas concrepuisse fores.
 Non nihil extimui; sed dum vaga lumina verto,
 Cum tenui video Luce venite Virum.
 Ianus erat bifrons, Sceptrum, Clauemque gerébat;
 Haec sunt ancipitis Signa vetusta Dei.
 Vt timor abscessit, quaero: dexterne veniret?
 Vel mala per Terras continuanda daret?
 Ille oculis, vultuque graui: Bella, horrida Bella,
 Et mala plura nouus nunciat Annus, ait.
 Confurgent Gentes, et se, Coelosque lacessent;
 Exitium metuent Regna beata suum.
 Sternentur Campi, Montesque cadauere multo,
 Augebitque niger multa fluenta cruor.

In

In fumum, et cineres Vici vertentur, et Vrbes;
 Non erit in folis tuta latebra locis.
 Ipsum etiam, si Fata sinant, conuellere Coelum,
 Coelestesque volet perdere posse Furor. —
 O Deus! exclamo, quae tanta infania? Tune
 Iane pater tantum non prohibere scelus?
 Tu potes, et renuis? Tua si custodia Mundi est,
 Et ius vertendi Cardinis vnus habes;
 Claude fores Belli immanis; constringe Furorem
 Impium, et ad barathrum coge redire suum.
 Ianus ad haec: Nondum finis; Rhamnusia poenas,
 Ultricosque iras per noua Bella parat.
 Tempus erit, sic Rerum Ordo est, confurget ad arma
 Hungara IOSEPHO sub Duce Nobilitas.
 Regius hic Princeps sine Sanguine Pacis Oliuam
 Perferet ad Gentes Hungara Terra tuas (d).
 Hoc dicto veterem Ianus concluserat Annum;
 Atque nouum tristis cum reserasset, abiit.

VIII.

d) Serenis. Hung. et Boh. Regius Hered. Princeps, et A. D.
 Austriae, Regni Hung. Palatinus, et Locumtenens Regius,
 Generalis eiusdem Regni Capitaneus, — — ac sumus totius
 Exercitus Insurgentium Nobilium Dux,

A D I R I D E M.

Anno MDCCXCVI. Bello saeuiente saepius visam.

Iri! Patris pulchri pulcherrima Filia, tandem
 Edic, nam causam nescio, cur venias?
 Saepe venis, variasque tuos formosa colores,
 Et dubitas, hic sit pulcher, an ille magis?
 Olim Pacis eras certissima Nuncia, dumque
 Te Populus vidit, Pax, ait, ecce venit!
 Pax venit, Iris adest; discussa Nube serenos
 Iris Horizonti spondet adesse dies.
 Claudentur Belli Portae, Mars Arma reponet,
 Et Furor in diro carcere victus aget. — —
 Me miserum, et Populum! vana spe ludimur. Ecce
 Iris adest, sed non Nuncia Pacis adest.
 Saepe illa suum sic picta tetenderat Arcum,
 Nec tamen optatae tempora Pacis eunt.
 Urget adhuc Mars saeuus Equos, Mortemque cruentam
 Spargit in armatos per noua Bella Viros.
 Dic, age, quid venias? cessant tua munia? nec iam
 Omina speratae tu modo Pacis habes?

Vsque

Vsque adeo peruersa putem decreta Deorum,
 Et Populum falli per tua signa querar?
 Si te fallacem dicant in Carmine Gentes;
 Illarumne probrum, vel tuus error erit?
 Nonne, tuus Fraudes, non Spicula continet Arcus?
 Fallere, sed vulnus non potes Iri dare.
 Pulchra quidem certe es; sed quot geris ipsa Colores,
 Tot numero Fraudes hic tuus Arcus habet.
 Forte omnis, quo sola nites, et plaudis amictu,
 Nil, nisi quod sensus ludificetur, habet.
 Aut igitur Faciem numquam monstrabis, et Arcum;
 Aut eris ignotae Nuncia falsa Rei. —
 Illa videbatur nostras sensisse querelas;
 Nam color in vanum cecidit, et Iris abiit.

IX.

CALAMITAS TEMPORVM.

Non mihi Materies scribendi Carmina; sed quae
 Carmina det, facilis Vena, Manusque deest.
 Flebilis est Aetas, Elegeia flebile Carmen;
 Haec tamen ad numeros nunc negat ira suos.
 Quis

Quis locus hic lacrimis? vbi mota ex Cardine Terra
est,

Et prona ad casum sunt bona Regna suum.
Mirum, ni vocem, sensumque Elegeia perdat,
Et solido rigeat Vena, Manusque gelu.
Dicite, qui reditus Solis numerastis, et annos,
Signastisque nigro facta nefanda stylo.
Secula cefferunt; sed quae tam ferrea vestris,
Et similis nostrae scribitur Aera libris?
Magne Deus! tua res agitur; spectabis inultus,
Qui te contemnunt, et nihil esse volunt?
Si te perniciis Regnorum non mouet ista;
Iam tua te moueat Gloria, et adfer opem!

X.

GEORGIO MAILATH

DE SZÉKHELY

*Dum Caesarum Regalium Director, et Sacrae Regni
Coronae Fiscalis est nominatus Anno
MDCCXCVIII.*

Hactenus ancipites versabat Opinio Mentis:
Cui sua Rex sapiens Iura tuenda daret?

To

Te Pietas, constansque Fides, Legesque petebant;
 Pro Te Relligio stabat, et alma Themis.
 Regales etiam Causae, Geniique Coronae
 Hungaricae pro Te vota, precesque dabant.
 Annuit Augustus Princeps, Teque optime Mailáth
 Ad sua, quo venias, Iura tuenda vocat.
 Momus ad hoc totus fremuit, sociamue Cohortem
 Taenarias secum condidit ad Tenebras;
 Multus ubi saxum reuolubile Sisyphus vrget,
 Titanesque feri pessima facta luunt.
 Tu cape Iustitiae Gladium, Regisque tuere
 Iura: Manum, et Mentem, qua tuearis, habes.

XI.

ANGLORVM VICTORIA

Anno MDCCXCVIII. ad Ostia Nili relata.

Fama est, et credo Victores esse Britannos;
 Fama est, et credis, sed tamen vsque negas.
 Perge, nega domitos, sparsosque per aequora Francos;
 Quo magis ista negas, hoc mage vera probas.
 Si licet, edicam: Vestrum est ea facta negare,
 Quae profligari facta fuisse dolent.

XII.

CARMEN EXTEMPORANEVM

DE PIO VI. PONT. MAX.

Anno MDCCXCIX. capto, et abduõo.

(e)

Insomnes Fluvius! — Et vos ignara reuerti
 Flumina! — Quaeque alio Sole tepetis Aquae!
 Vosque cauae Valles! — Coelumque petentia Saxa!
 Et, Bacchi Montes, Arboreique Larcs!
 Quique per immensum Campi procurritis aequor,
 Pascuaque, et Segetes, Prataque multa datis!
 Audite, atque animos, sensusque aduertite vestros!
 Ad mala nam vobis grandia sensus inest.
 Papa *Pius* Sextus; non dicam encomia; nostis
 Diuinum, et celebrem per sua Fata Senem.
 Ille, cui summas tribuit Terra vltima laudes,
 Miraturque Animum Solis vtrumque latus.
 Ille Sacerdotum Princeps, et Gloria Romae,
 Pauca cui similem Secla dedere Virum.

Prodigium

e) Ex Monte Budensi cum dolore profusum.

Prodigium Humani Generis; quem prima Vetustas
 Thuriis dignum diceret esse Focis.
 Papa Pivs Sextus rebus spoliatus, inopsque
 Cedere de tota cogitur Ausonia;
 Armataque manu captivus, inermis, et exul
 Ducitur in Terras Gallia versa tuas.
 O Factum lugubre! cui sua nomina desunt,
 Et quod Parnassi Musa referre timet. —
 Videre Eumenides, quae signa aduersa sequuntur,
 Raptari miserum saxa per alta Patrem.
 Vtque solent gaudere malo, sensere dolorem,
 Et gemitum viso non tenere *Pio*.
 Impietas sola est, quae gaudet, et vna triumphat,
 Sensuque Humano se caruisse docet.
 Papa quidem abripitur; sed vbique immotus, et
 idem est,
 Seque locum Petri commeruisse probat.

XIII.

BELLO RECRVDESCENTE.

Iupiter! Arma para, et noua Propugnacula Coelo
 Erige, in auxilium coge venire Deos.

M

Bella

Bella instant horrenda: Furor maleficus in omnes
 Terrarum partes faeuit, agitque Minas.
 Austria ni Terris, ni magna Britannia Ponto
 Obstiterit, Coelos, et tua Regna petet.
 Iam parat aerias Naues, Arcesque volantes;
 Forte etiam alipedes, aedificabit Equos. — —
 Vicisti Omnipotens! Gentes componere Ferrum,
 Et noua post caedes Pacta ferire iubes.

XIV.

C O N I V G I B V S
 P O R P H Y R O G E N I T I S
 IOSEPHO A. AVST. REGNI HVNG.
 P A L A T I N O
 E T
 A L E X A N D R A E M. P R I N C I P I
 R V S S I A E.

Arma sonant, Mars porro furit, Terrasque cruentat;
 Sed procul a Patriae finibus Arma sonant.
 Dumque Salus Gentium faeuis versatur in Armis,
 Tuta per Hungariam Pacis Oliua viret.

Pax

Pax Vrbes, et Rura tenet; Pax aurea regnat,
 Musarumque Choros, Iustitiamque fouet.
 Felicem sub Rege suo, Regique Secundo
 Fratre, Palatino Principe Pannoniam!
 Quod dèerat, Decus ecce nouum dat Ruffia! *Paulo*
 Induperatori Ruffia thara fuo.
 Ruffia ALEXANDRAM diuino à Sanguine Sponsam
 IOSEPHO Auftriadi iungit, et Illa venit.
 O qualis Species! quae Mens, et in Ore Venustas!
 Aut haec, aut nulla est ex Ioue nata Venus.
 Iuno dedit signum; Charites sua gaudia miscent;
 Idalius comes est, blandus vterque, Puer.
 Alter, vt est roseus, Socialia Vincula gestat,
 Alter habet laetas, pronuba signa, faces.
 Hos inter media est pleno Concordia Cornu,
 Et sua Connubio dona placere cupit.
 Ad Thalamum ducit Sponsos Hymenaeus, et omnem
 Ad noua Pannoniam Festa venire iubet.
 Pande tuas mea Buda fores, veteremque decorem
 Indue, Regali Buda superba Domo!
 Attalidis niteant rediuiua Palatia Gazis,
 Vernet in adtiguis Myrtus opaca iugis.
 Tuque sacro deuota Throno, Bellisque timenda
 Patria, Principibus semper amata tuis,

Huc ades! et positis ad auita Altaria Donis,
 Quod sumum est, Sponsis da Tua Corda nouis.
 Hi sunt, quos Tibi Rex, et Caesar pignus Amoris
 Mittit, et hoc Dono se probat esse Patrem.
 Hi sunt, qui Populo Vitam, Regnoque decorem,
 Et quae semper erunt Aurea, Lustra dabunt.
 Dic, ut ament Gentem! Gens est bene nota; suosque
 Non alia statuant in Regione Lares.
 Ah utinam tua Vota Dii, Caesarque secudent,
 Et sedeant gremio Sponsus uterque tuo!
 Ast ego, cui Phoebus loquitur, panditque futura,
 Principibus video Regna parata tuis.
 Eripient Aquilae temeraria fulmina Gallo,
 Et sua, quae teneant, iura, Thronumque dabunt.
 Quaeque diu versabat atrox Mars, Arma reponet,
 Et male sanguineas abluet amne manus.
 Iungentur Dextrae; Gentes in Foedus abibunt,
 Ac tandem optatae Tempora Pacis erunt.
 Romanus Regnum Russo cum Caesare condet,
 Et noua Coniugibus Sceptra, Thronumque dabit.
 His ego nec metas Rerum, nec Tempora ponam;
 Imperium concors, et sine fine gerent.
 O fortunatas, quas Stirps reget Austria, Gentes,
 Austria Rossiaco Stirps sociata Toro!

Cuius

Cuius ad obsequium fleſcent ſe Fata, dabuntque,
 Vt ſit Fortuna maior, et Inuidia.
 Vota valent; — iamque Omen adeſt: — Concordia
 Partes
 Vniet, ac Foedus Relligionis erit.

XV.

I M A G O

Spectaculo Exposita.

Pulchra eſt! Diuina eſt! — Sed cuius Imago? —
 Profecto

Haec vel *Alexandrae* eſt, — vel tua Diua *Venus!*
 Sed puto, *Alexandrae* eſt. Nam ſi tua picta fuiſſet,
 Cum Face, vel Pharetra blandus adeſſet Amor. —
 Cypri! tuos habeas, per quos blandiris, Amores.
 Sola eſt hic Princeps Ruſſica, ſola placet.
 Quid? ſi Animum, et Dotes etiam ſpectare liceret; —
 Cuius Imago ſit haec? Quaefſtio nulla foret.

CARMEN SECVLARE.

En iterum centum Titan confecerat Annos,
 Signaratque nouis Secla priora notis.
 Sed quid de tanto, licet hoc mihi quaerere, restat
 Tempore? vel quali sunt ea Secla loco? —
 Non sunt, quae fuerant; hoc vñum dicere fas est;
 Ast vbi, vel quid sint? Somnus, et Vmbra docet,
 Sic etiam o Vates! propere transibis; Eritne,
 Qui velit, et quaerat: Mercurianus vbi est?
 Parua Febris veniet; satis est in Febre veneni;
 Paeoniam frustra sollicitabis opem.
 Informis Macies vultum depascet, et artus;
 Succedetque nouus nuda per ossa dolor.
 Noctes ducentur longae; Musaeque, Cibique
 Dissipient; Neq̄ar Virus habere putes.
 Solus, et a paucis etiam desertus Amicis,
 Heu sine Spe! lecto pondus inane iaces.
 Dic, illi vt valeant! caeças tu solus ad vmbas
 Ibis, et huc tantum propria facta feres.
 Neue oculos Hominum laedat, spargatque mephitim,
 Condetur dura putre çadauer humo.

Impasti

Impasti venient Vermes, quaerentque per artus,

Quo miseram possint exsatiare famem.

Post, vbi bisenos numerabit Cynthia menses,

Fragmina restabunt ossea, nulla caro.

O Caro! si Vermes nata es generare: quid in me

Imperium adfectas, deliciasque petis? — —

Quis sibi iam centum prudens despondeat annos,

Secula dum secum cuncta perire videt?

Quidquid agas, vanum est; volat irreuocabile

Tempus,

Adtenuat Vitam quaelibet Hora tuam.

Pensa trahunt Parcae; nescis vbi flamina rampant,

Et quali veniat Mors truculenta pede?

Sta vigil, et pernox; vt te suprema paratum,

Et stantem inueniat Morsque, Diesque Virum.

His, vbi cedendum est, cedas; sed victus vtrinque

Vincas, et meritis praeditus astra petas.

L A D I S L A O
 E C O M. K O L L O N I T Z
 A R. E P. C O L O C E N S I E X C E L L.

In Cons. R. L. H. Officium adeunti Die VII. Ian.

An. M. DCCC. I.

O Praesul dilecte Deo! Patriaeque Tricollis
 Laus, et Amor! Fidei Column, Pietatis Imago,
 Et viuum Exemplar Virtutum! O vera Supremi
 Gemma Sacerdotii, Generisque illustris, et alti
 Sumum Ornamentum, Salve! Te vota Senatus
 Hungariae, Populique Salus; Te Suma Voluntas
 Regis Apostolici; Te Christi Ecclesia poscit;
 Nunc, si quando, Tuis tutanda Ecclesia Curis. —
 Expectatus ades! Quis Te veniente suum Cor
 Contineat, vocemue queat differre? — Videsne,
 Vt se Relligio adtollat, plausumque per omnes
 Hungariae Partes diffundat, et Astra serenet
 Discussis curarum vmbri, Solemque reducat?
 O quas Illa preces, et quae suspiria fudit
 Caesareo coram Solio! — Sed Vota paratum

Au-

Augustum reperere : dedit, quem Diua volebat
 Relligio, Princepsque pius multo ante superno
 Admonitu dare decreuit; quo Munere plaudit,
 Ostentatque suas in Te Optatissime dotes
 Virtus, et Natura. — Venis, gremioque Senatus
 Excelsi resides, et Sacra Negotia tractas
 Exemplo doctus Maiorum, Moresque sequutus;
 Et quamuis nondum rubeat Tibi Purpura, dignus
 Diuini illius LEOPOLDI Antistitis Ostro,
 Qui noua pro Sacris firmavit Foedera Fastis. —
 Ah vtinam Tua Vita parem cum robore Mentis,
 Atque Animi cursum teneat; numeretque tot annos,
 Quot sunt Virtutes in Te, Factisque Tuorum,
 Qui KOLLONICVM Nomen gessere, geruntque!

SECTION

 SECTIO SECVNDA.

I.

 MEMORIAE IMMORTALI
 ALEXANDRAE
 MAGNAE PRINCIPIS RVSSIAE,
 ET
 ARCHIDVCIS AVSTRIAE,

Anno MDCCCI. Die XVI. Martii.

Vt quondam ad Pelei, Thetidisque Hymenaea
 frequentes,

Sic ad ALEXANDRAE Festa fuere Dii (a).

Cypris vt hanc vidit, roseo suffusa pudore,

Nympha, inquit, fateor, me Tua Forma mouet!

Quod

a) Nuptiae Pelei, et Thetidis, quas Catullus insigni Poemate exornauit, per omnem Antiquitatem Poeticam fuere celeberrimae; huc enim Dii omnes, Deaeque conuenerunt, exclusa Discordia, suaeque munera obtulerunt. Illo deinde e coniugio natus erat Danaum fortissimus, et Trojae populator Achilles.

Quod mihi Alexander Phrygius dedit, accipe Pomum;
 Forte magis felix, ac Ego, Mater eris.

Quodue Tibi exoptant, alius nascetur Achilles,
 Austriacae qui sit Spesque, Decusque Domus.

Has ego spes olim voluebam corde; — sed eheu!

Spes, et vota truces diripuerunt Noti.

Nullus Alexander, nullus nascetur Achilles.

Ecce! gemit viduo *Peleus* in Thalamo.

Audite o Gentes! Austro, Boreaeque fideles,

Vosque, Cor Humanum qui geritis, Populi!

Vita, et delictum nostrum, pia, et optima Princeps

In pleno aetatis flore cadit, moritur.

Det lacrimas, qui flere potest: mea Patria luctui.

Mersa est, et Vatis Musa dolore riget.

II.

ILLUSTRISSIMO

IOSEPHO IZDENCZY

DE MONOSTOR

Ord. S. Stephani Reg. Ap. Commendatori, et Status
 Consiliario.

Si licet hoc tenui Te compellare Libello,

Et pretium *ερεῖω* conciliare τύπω.

Sponte

Sponte sua Vir Magne Tuum mea Dextera Nomen
 Scribet, et hoc tantum Lingua soluta canet.
 Hoc vnum cecinisse fat est; quia texere Laudes
 Nec Tua Facta sinunt, nec mea Lingua potest.
 Musa sit, et Phoebus, qui Te, Tuaque omnia cantet,
 Incipiatque suo Gesta notare stylo.
 Hungariae Fasti Laudes, et Facta loquentur,
 Ac licet Ipse vetes, hi tamen illa canent.
 Scit Patria, et sentit, quod agis; videt illa, pre-
 corque,
 Vt videat Pectus, Consiliumque Tuum! —
 Intenta est operi, sudatque domestica Clio,
 Vt plenam de Te construat Historiam.
 Tempus erit, quo Facta nouus Polycletus in Aere
 Exprimat, et veram finiat Effigiem.
 Vt, cum Posteritas hanc viderit vltima, dicat:
 Hic est, qui Regi se, Patriaeque dedit;
 Propria non nouit, vel spreuit commoda; et vna,
 Non sibi, sed Regno viuere cura fuit (b).

III.

b) Samuel Falca de Bikfalva Versus hos Stereotypo suo,
 propriae Inventionis opere feliciter expressit Budaë Anno
 1801, assecutus mysterium Artis in Gallia singularis.

III.

A D P I C T O R E M

D E L V D O V I C O B O R O S.

(c)

Zeuxi! per Hungaricas Pictor celeberrime Terras,
 Huc ades, et Tabulam, Peniculosque para.
 Instat Opus magnum; totam Artem, omnesque colores
 Adfer, et Illustrem, quem volo, pinge Virum.
 Qua sit Fronte? quibusue Genis? quo denique Vultu,
 Aut Oculis? — ad rem scire superuacuum est.
 Pinge Animum, et Mentem. — Mens Illi est magna,
 perenne
 Iustitiae Studium, Relligionis Amor;
 Simplicitas, Candorque Animi, Sapientia rara,
 Consilium promptum; Sancta, tenaxque Fides:
 Pauca loqui, sed multa agere, et contemnere plausum,
 Ac nullis vnquam cedere Muneribus;

Ar-

c) De *Rákos*, Consiliario Aul. et ad Excels. Cancellariam
 Reg. Hung. Aulicam Refer. ac vna Cancellariae Palatinae
 Directore, dum in Ordinem S. Stephani Regis Apost.
 adlectus, et Cruce insignitus fuit.

Arcanum seruare, Dolos euertere, Vera
 Ferre, sui tantum non meminisse solet.
 Ecce! Palatina Vir talis in Aede laborat,
 Consumitque dies totus in Officio.
 Quod superest, dulci cum Gnata, et Coniuge
 Tempus
 Diuidit, aut Musis, vel dat Amicitiae.
 Cetera dissimulo, neque Nomina scire necesse est.
 Effigiem ex istis nunc mihi pinge notis. — —
 Pictor ad haec placido subridens ore: Quis Illum
 Ignoret? Tu me ludere pergis, ait.
 Nosco, sed has, uti vis, nequeo depingere Dotes;
 Vincit Apelleam talis Imago Manum. —
 Ut video, venit ipse, Crucemque a pectore gestat,
 Regis Apostolici munere factus Eques.
 Iustitia, et Virtus omnis laetatur, Amicus
 Plaudit, et Inuidiae non putat esse locum.

IV.

GERMANIAE VINDICI
 CAROLO
 PRINCIPI REG. ET ARCH. AVST.
 SERENISSIMO.

Ergo Tibi Princeps Statuam Germania ponet,
 Aeternaturi quae sit Amoris Opus?
 Sed quale Elogium tanto cum Munere scribet?
 Et quem Maeoniden Patria Musa dabit?
 Tu nouus Aeacides Patriae, Tu maximus Atlas;
 Arminium per Te viuere Teuto videt.
 Si licet a domitis Nomen desumere Regnis,
 Et Laudem in Populi Caede locare pium est,
 Quanta erit, instantes auertere, Gloria Strages,
 Et saluare suam cum Populo Patriam?
 Non erit inuitus; cedit Tibi Drusus Honorem,
 Quem Germanorum Sanguine promeruit.
 Te magis, ac Drusum Gentili Agnomine dignum,
 Heroemque suum Ciuis, et Hostis amat.
 Salue igitur Princeps Germanice, CAROLE salue!
 Sique vales, Patrios porro tuere Lares.

Et

Et precor, vt valeas! Viresque, Annosque, valenti
 Qui dederant Animum, Mars, et Apollo dabunt.
 Maeonii interea scribent Tua Facta Poetae,
 Heroaque canent Fortia Bella tuba.
 Bella, Ducemque canent, cum quo Germania salua est,
 Ostentatque nouas Pacis Oliua comas (d).

V.

SEREN. PRINCIPI REG.

I O S E P H O

A. A. ET R. H. PALATINO

*Mense Aug. Anni MDCCCI. ex Italia Budam
 Redeunt.*

Venisti tandem Princeps, Tutela Corónae
 Hungaricae, Regni Gloria, Gentis Amor!
 O quanta ad Superos dedimus Suspiria! Quae Te
 Vota per ancipites sunt comitata Vias!

Nam

d) Haec quoque Carmina Sculptor insignis Samuel Falcka in solidum fudit, et Stereotypo suo nitide, maioreque in forma, ac perfectius expressit, suumque Genium, et Artem elariore in luce offendit.

Nam cur dissimulem? Timui; discrimina multa
 Anxia de Reditu Sollicitudo dabat.
 Longa, grauisque via est; Alpes, atque aspera Saxa,
 Fluminaque, et Coelum, nauifragumque Mare.
 Quoue magis moueor: vesana Canicula feruet;
 Hei mihi! in Ausoniis Ignea Stella plagis.
 Nouimus, in mediis, vbi nulla pericula, Terris,
 Fortuitis Homines saepe perisse malis.
 Nouimus, Icario Corpus languere sub Astro,
 Et vena sensim deficiente mori.
 Quid? si vel Mare sit, vel Terra infesta, vel Aether?
 Iniiciatque Tibi Fors inimica Manus? —
 Talia dum meditor, tacitisque exaestu^o curis,
 Atque ea, quae non sunt, mente pericla creo;
 Venit Apollo, Tuus, Princeps, Consultor, et Altor,
 Pone tuum, dicens, Mercuriane, metum!
 Ille, cui metuis, meus est; de Sanguine Dium;
 Auxiliatores polcit habere Deos.
 Illi, si nescis, Tellus famulatur, et Aer,
 Substernitque suas Ventus, et Vnda minas.
 Ibit, et Hadriacas lustrabit alacriter Oras,
 Pannonios repetat Sospes vt inde Lares. —
 Sic erat, vt dixit, qui nouerat omnia, Vates.
 Vidisti Italicos, Illyricosque Sinus;

N

Regna

Regna Liburnorum veterum, Fontemque Timati;
 Dalmatiam, et Veneto Maenia structa Mari;
 Diuersos Lingua Populos, Terrasque natantes,
 Teucrum Reliquias, Eugeneasque Plagas.
 Te veniente suos demisit Carnia Montes,
 Dura Tibi facilem Saxa dedere viam.
 Continuere suas spumantia Flumina vires,
 Caeruleis Athesis laetior ibat aquis.
 Hippotades Boream rigidis constrinxit habenis,
 Adria sponte Tuum venit ad obsequium.
 Quodue mage optavi: Titan sua tela retraxit,
 Aestiferumque loco iussit abesse Canem. —
 Ergo ades, et Patriae Rebus Te, redde secundis
 Princeps, Augustae certa Columna Domus!
 Exultent Montes, Budensia Pergama plaudant,
 Humnigenae saluum Te rediisse sciant.
 Te redeunte noui currant longo ordine Soles,
 Affumatque suam Patria laeta Togam.
 Dicantur grates ad Puluinaria Dium,
 Ardeat in Sacris Spica Cilissa Focis.
 Carmina Musarum fundat, Phoebique Sacerdos,
 Carmina, quae nullo sunt moritura die.

VI.

IOSEPHO DENHOFER

ARCHIATRO AVLAE REGIAE BVDENSIS,

ET

CONS. REG.

Dii! quibus imperium in Chaos est, Erebumque
profundum;

Multae vbi, et infirmes posuere cubilia Febres,

Sexcentique habitant nullo discrimine Morbi,

Horribiles visu Formae, Maciesque, Pauporque,

Et totidem armatae nostro pro futura Mortes.

Vos, inquam, si forte Preces, Arasque calentes,

Votivumque Pecus duri non spernitis, oro:

Claudite nunc stygias rigido munimine Portas,

Et dum noster amor variis peregrinus in oris

Hippocrates *Denhofer* abest, Spasmiq; Febresq;

Ac quaecunq; meum tentant inuadere Corpus

Morborum Furiae, vinclis fraentur, et antris:

Inde fremant, pestemq; suam, licet, inde minentur.

Hoc precor, et faciles Vos spero in vota futuros!

Ille vbi Budensem cum Principe saluus in Aulam

Venerit, Ausonia lustrata; ego tatus Amici

N 2

Auxi-

Auxilio, si Fata volent, Tussumque, Febremque,
 Asthenicasque Crises patiar; sed Robur, vt ante,
 Et certam in media sperabo Morte salutem.

Ille Machaoni quidquid scripsere Magistri,
 Graiugeniae, et Nostri, per multa Volumina solers
 Legit, et expertus proprium deduxit in vsum.

Ille, quis ignoret? fracto mira Arte Dolore
 Obsistit Fatis, Morbos depellit, et vltra
 Vitales iubet ire dies, pensumque Sorores
 Ducere, et instantes Aegro decedere Mortes;
 Felix, qui Vitam tali concredidit Arti!

Ille, nisi auspiciis Diuis delatus in Arcem
 Effet Regalem, Delphis ab Apolline Patre
 Suppliciter poscendus erat; qui reddere Vitam
 Nouerit, vt quondam Cressis Epidaurius Herbis.

Talia dicebam nuper, cum certa ferebat
 Fama, *Palatino* Comitem Te Chare futurum!
 Assensere Dii; valui: nunc cerno, quod omni
 Ardebam voto, reducemque amplector Amicum.

VII.

GEORGIO SIGIS. LAKICS.

CONS. REG. LOCVMT.

Qua Te parte Libri ponam, Doctissime Gentis
 Hungaricae? qualive nota Tua Nomina scribam,
 Nomina digna Cedro scribi, Gemmaque notari?
 Haec dum sincero variat sub pectore Cura,
 Incertumque Animum nunc huc, nunc diuidit illuc;
 Nescio, quis Genius, Tuus, an Meus? adstat, et o Te
 Immemorem tantae Doctrinae, et Nominis! inquit.
 Ignoras hunc esse Virum, quem Fama per Orbem
 Austriacum celebrat, redditque per aethera notum?
 Hic Vir hic est, cuius Mens, et Prudentia Regi,
 Et Patriae, Musisque nouem, Themidique probata
 est. —

Scribe igitur! Quacunq; Libri cum parte legatur
 LAKICIVS, fatis est. Clarum, et memorabile Nomen
 Illum, quem debet, referet; spargetque per umbras
 Parnasi radios, et plena in luce nitebit.

STEPHANO SCHENVISNER

*Praefecto Bibliothecae Vniuersitatis Pestinae, Auctori
Rei Numariae Hungaricae.*

(e)

Thesaurum Nobis donas Clarissime! pro quo
 Multa, sed incassum, Gens mea Vota dedit.
 Nam quo diuitiae, si sint per secula sparsae,
 Ignoretque suas Patrius Orbis Opes?
 Tu sparsos cumulas, occultos eruis; inde
 Communi Numos luce, animaque beas;
 Et struis ingentem Gazam, cui Croesus, et omnes,
 Quotquot erant, et sunt, Lysimachi inuideant.
 Quis Tuus hic fuerit labor, et doctrina? loquetur
 Hoc Opus, et toto Litera scripta Libro.
 Diua Moneta Tibi Palmam cum Laude rependet,
 Signabitque Tuo grande Nomisma typo.

Huic

e) Titulus Operis est: *Notitia Hungaricae Rei Numariae ab
 origine ad praesens tempus* — Budae Typis, ac Sumptibus
 Typographiae Vniuersitatis Regiae Anno MDCCCI. in 4to.

Huic ego versiculos addam, quos forte timebit
 Tangere, de doctis pulsa Rubigo locis.
 Historia Hungariae, cui tot documenta dedisti,
 Semper vt in Fastis sit Tua Vita, dabit.
 Restat, vt huic Dona, quod das, tantoque Labori
 Promeritam tribuat Patria tota vicem.

IX.

SEREN. PRINCIPI REG.

FERDINANDO.

A. A. die IV. Sept. An. MDCCCI. Budam venienti.

(f)

Miles es a Puero, Virtute Vir; Arma tulisti
 Pro Patria: Laurum Te meruisse palam est.
 Pugnans antiquus vidit Te Miles, et Hostis;
 Ac didicit Facto fortior esse Tuo.
 Talia dum fecit Romanae Gloria Gentis,
 Annis, non Factis, Scipio maior erat.

X.

f) Ord. Milit. Reg. Theresiani Equiti, Generalis Campi Marechalli
 Locumtenenti, Legionis Equestris Hungaricae Colonello.

A N N O

AETATIS SEXAGESIMO.

Sexaginta Annos Vitae prope compleo: Tantum est,
 Quod mihi se pauci credere posse putant.
 Nam nec adhuc canos spectant in vertice Crines,
 Nec Frontem, aut Malas Ruga senilis arat.
 Sed quid ad Annorum Pondus Crinesque, Genaeque?
 Si stupet in Membris, qui fuit ante, Vigor.
 Ille veges Stomachus, vires qui fudit in Artus,
 Languet, et antiquum iam negat Officium.
 Sentio vitalem sensim migrare Calorem,
 Serpere continuum dura per ossa Gelu.
 At, si Diuus Amor sacro me fouerit Igne,
 Languorem, et Pondus triste, Geluque feram.
 Ille meos Neruos, Cor, et Ossa medullitus vrat,
 Et quod mortale est, in Cineres redigat.
 Vt, cum quaesierit Mors frigida Corpus, Amoris
 Auxilio in Coelos me reuolasse sciat.

XI.

E P I T A P H I V M
G E O R G I O P R A Y
H I S T O R I O G R A P H O H U N G A R I A E
C E L E B E R R I M O .

(g)

Historiae Patriae Scriptor celeberrimus isto,
Da Gemitum! PRAYVS conditur in Tumulo (h).

XII.

g) Erat Abbas B. V. M. de Tormous, Cath. Ecol. Magno-
Varadinensis Canonicus, Archidiaconus Békessiensis; mor-
tuus Pestini die 23. Sept. Anni 1801. Aet. 78.

h) Huius generis sunt alia, quas, si Lectori non displicebit
legere, mihi lubet adscribere. Tale est istud:

Hic positum est Corpus Prayi, cui moesta parentat
Historia, et Lauri Fronde Sepulcra tegit.

Aliud:

Hac in Sandapila Prayi sunt ossa; Sepulcrum
Mens tanta, et tantum Nomen habere nequit.

Item:

Historiae Stator Hungaricae Pray concidit; Ehen
Quanta est in tanto facta Ruina Viro!

Deinde:

XII.

CAROLO AVSTRIO

GERMANIAE VINDICI, ET PACIFICATORI

Ad diem IV. Nou. Anni MDCCCI.

Audiuere Dii Populorum Vota; Valentem
 Te canit Hungaria, et plausum super aethera tollit,
 Laeta Tua in Vita, Vultumque ardentius optat,
 Atque vtinam videat! — Dabiture, et quando videre
 Te

Deinde:

Pray iacet hic, annis, multoque labore sepultus,
 Qui Patria aeternum viuet in Historia.

Nec non istud:

Immortalis in hac *Prayus* componitur Vrna,
Prayus in Hungarica Maximus Historia.

Tum etiam hoc:

Historiam Hungariae lacrimantem cernis! In Vrna
Pray iacet, Historici Gloria prima Chori.
 Ille quidem Corpus, quod erat mortale, reliquit,
 Sed Fama in toto, qua patet Orbe, viget.

Denique:

Exanias *Prayi*; *Prayum* quis nesciat? iste
 Moerens Sarcophago condidit Historia.
 Scripta Viri, per quem meliorem ducere vitam
 Coepit, in Annales rettulit Ipse suos.

Te tandem? quaerit PRINCEPS Germanice! — Vel quo
 Nomine compellem rediuuium ad Bella, gemente
 Pro Patria, Arminium? Cui se Germania saluam
 Debet, et aeternum molitur in aere Tropaeum:
 Magnum Opus, et Patria, CAROLO quoque Principe
 dignum,

Qui placidam Lauro connectere nouit Oliuam. —
 Nos Tibi, Bellonae Genus, et Mauortis Alumni
 Hunniadae, Statuam non ponimus aere rigentem,
 Quam vel Flamma queat, vel edax abolere Vetustas.
 Vnus erat quondam Lysippus, et vnus Apelles,
 Alter hic insignis Pictor, Statuarius alter
 Famofus, quibus est tantum collata potestas
 Fortis Alexandri formare, et pingere Vultum.
 Nos neque Lysippum Artificem, nec habemus Apellem
 Pictorem, qui Te Princeps, Tuaque inclyta Facta
 In Tabula, aut Saxo, vel in Aere ostendere possent:
 Maior es; hic Virtus Artem superauit vtramque.
 Da veniam fasso! Nos viuo in Corde locamus,
 Quae Tibi debemus Monumenta. Putasne tot esse,
 Quot sunt Hungarico Ciues de Sanguine Creti,
 Et Tibi, et Augustae deuoti in Secula Stirpi?
 Crede Heros inuicte! Salus, et Amor Populorum,
 Ad quos perlata est Virtutum Fama Tuarum.

Haec,

Haec, si Fata volunt, ut stet Gens Hungara, stabunt
Aeternum, Nomenque Tuum Monumenta loquentur:
Audiet, et CAROLVM mirabitur vltimus Orbis.

XIII.

STEPHANO TARRODY

De Németh-Szetesöd

EQVITI AVRATO, ET CONSILIARIO
REG. LOCVMT.

Vna Tibi, et qualis? quam bella, et viuida? iamque
Tempestiua Viro Filia, Amice, fuit.

Illa, velut Stellas inter Di&ynna minores

Spargebat radios, me quoque teste, suos.

Quis Tibi? quis Matri Sensus? quae Gaudia? quae
Spes? —

Felices, Sobolem qui genuere parem!

Felices, inquam, si viueret illa, Parentes!

Quod cum dico, meas crede rubere genas.

Vidit, et ut vidit, cui Pulcra, et Rara leguntur;

Haec mihi, Mors inquit, sola Virago placet.

Quid Tibi, quid Matri restat, nisi Luctus, et Angor?

Luge ergo, et Planctum da, Gemitumque trahe!

Flere

Flere etiam Natura dedit; dum iusta Dolore
 Causa est, in lacrimas ire, querere potes.
 Sed quia, quod Coelo placuit, veneraris, et optas,
 Ille Tibi Luctus Gaudia certa feret.
 Ille Deus, qui Tela dedit lethalia Morti,
 Fortem Animum, ut possis Te superare, dabit.
 Esto, qui fueras, Vir fortis, et adspice Coelum!
 Hic etenim expectat Filia salua Patrem.

XIV.

R E S T I T U T I O

O R D I N I S R E L I G I O S I

*Benedictinorum, Praemonstratensium, Cisterciensium
 Anno MDCCCI Decreta.*

Bellatum factis est; iam nunc Ancilia restant,
 Palladiumque suis restituenda locis.
 Hoc facit Aevovstvs, qui non sine Numine Druum
 Claustra Sacris reddit Relligiosa Viris.
 Hic mihi Palladium est; hic sunt Ancilia Martis,
 Quae Solum, et Populum, totaque Regna tegunt.
 Hic modo nec Martis Clypeum pia Roma celebret,
 Troia suae memoret nec Simulacra Deae.

Quae

Quae Domini Pietas Regnis Munimina condit,
 Exsuperant Scutum, Palladiumque vetus.
 Ille, quod Acta docent sperare, et dicere: Regno
 Hungariae STEPHANVS, si valet, alter erit.
 Alter erit STEPHANVS; Coniux erit altera GISLA,
 Firmabuntque suam Relligione Thronum.

XV.

A M I C O S P E C I O S O

Quod

Honores non mutant Mores, sed ostendant.

Dicebas, memini: Non, si mihi Munia prima
 Dextera Fortunae conferat, alter ero;
 Testor Fortunam, et quidquid venerabile in illa est.
 Addideras verbis talia dicta tuis.
 En! quod anhelasti toto de pectore, factum est:
 Nam geris in magno Munia prima Loco.
 Splendidus, et diues, verbis, et Apolline multo
 Plenus, in illustri totus honore sedes;

Vtque

Utque suos numerant Subsellia prima Clientes,
 Confluit ad cultum plurima Turba tuum.
 Fallor, an ille Vir es, quem Te prius esse ferebas,
 Aut alius de Te iam modo factus homo est?
 Vidimus, clati quae sint fastidia Vultus,
 Vidimus ingenii signa Superbe tui.
 Quae fuerant Herbae? qua de Regione Venena?
 Colchide? vel nigra de Styge venit Anus?
 Quos prius vt charos tractabas laetus Amicos,
 Reiiicis, et charos te modo nosse negas.
 Cetera non memoro, quae sunt indigna: videtur
 Mens tua Lethaeo merfa fuisse Lacu. —
 Tam cito amicitiae venire obliuia nostrae?
 Et potes immota quaerere fronte: Quis est?
 Hic ego nec Proteum dicam te Maxime factum,
 Nec credam Mores nunc variare tuos.
 Mutari Mores qui credit Honoribus, errat;
 Non habet, vt Mores mutet adeptus Honor,
 Ast vbi deposuit cognata Superbia larvam,
 Quae prius hac larua tecta fuere, patent.
 Idem es, qui fueras; hinc est, quod iure veremur,
 Alter vt in magno sis aliquando loco.
 Si tamen admittit tua nota Superbia Verbum:
 Fortunae Morem te meminisse volo.

Quae

Quae tibi dextra fuit collato munere; forte
Cras erit, aut hodie iam tibi laeua venit (i).

XVI.

SEPVLCRVM FLORAE

Inter Hungaridas celebratae apertum.

(k)

Tolle sepulcralem lapidem! Nam Flora sub isto
Marmore, Pannoniae Gratia, Flora iacet. —
Iam semel, atque iterum reparauit cornua Phoebæ,
Quod premat hunc tristem non mihi visa torum.
Eheu quid video? — Sanies, nuda ossa, putredo,
Pestis tetra, grauis foetor, et horror inest.
Claude sepulcralem lapidem! Non Flora sub isto
Marmore, Pannoniae Gratia, Flora iacet.

XVII.

- i) Ad rem est, quod præclarus Morum Magister Aristoteles scribit Lib. I. Eth. *Monstruosi* sunt, qui in fumo Honoris gradu collocati veteres *Anticos* desuntunt. Cûmulate felix non est, qui solus ipse habeat; nisi etiam efficere possit, ut alii habeant, propingui, praesertim Ciues, Amicî, Familiares. — Frustra vero possunt, nisi etiam velint.
- k) Cognomen exponere nolui; mortua est in magno Procerum desiderio.

XVII.

D E V A C V A

A M O R I S P H A R E T R A .

Sic fuit, vt narro. Densa sub fronde iacebam,
 Voluebamque manu grande Maronis opus.
 Largus aquae Fons est prope me, venaque perennis,
 Vnde suam possunt Dii recreare sitim.
 Venit Amor; surgo, et latebras mihi quaerere pergo;
 Lassus erat, lassum fecit in Vrbe labor;
 Atque vbi collectos in fonte extinxerat ignes,
 Deposuit molli languida membra toro.
 Dormit Amor, dixi; Pharetram, Nervosque reiecit:
 Nunc Atlantiade, nunc mihi dexter ades (1)!
 Fixum est insanis Pharetram spoliare sagittis,
 Omniaque audaci frangere tela manu.
 Accedo; — hem! Pharetram vacuum, Nervumque
 remissum
 Deprendo. O quantum fecit in Vrbe malum!
 Tollere

1) Expertes furandi homines hac imbuit arte
 Mercurius Maia (Atlantis filia) genitus;
 ait Prudentius.

Tollere non volui; Pharetram, Neruumque reliqui;
Ista vacant culpa, sola Sagitta nocet.

XVIII. O RATIONE
AD VIRGINEM DEI MATREM
DOLOROSAM

Quos pateris, dici nequeunt, o Virgo dolores!

Stas tamen, et Natum cum Cruce firma tenes.
Quam Tibi? vel cui Te credam similemve, paremve?

Non vna est nostra Mater in Historia.
Sed quae vel tantos passa est aliquando dolores?

Vel tantum potuit pectus habere Parens?
Dum tua contemplor, Mater! tormenta: necesse est

Omnem, quae facta est, deficere Historiam.
Fallor? an vlla fuit, vel erit nova temporis aetas,

Quae Natum, et Matrem possit habere parem?
Quocunque adspicias, heu me! tormenta minantur.

Haec ferat, et possit Femina sola pati?
Tu potes, et pateris; veniant tormenta: fatiscunt.

Fortior est animi vis, habitusque tui.
Ni Tibi tanta foret virtus, animusque; rogarem,

Vt mihi sit partes fas tolerare tuas.

At

At licet ipsa velis omnes perferre dolores,
 Ut tamen in iustis sint mea sensa, sinis.
 Ah! sine quaeso tuum, Natiq̄ue subire dolorem,
 Et Tecum ad tristem sistere posse Crucem.
 Quae cum morte Tui pateris discrimina Iesu,
 Haec mihi vobiscum dulce, piūque pati est.

XIX.

DE LAVRO

Quam olim Ianus Pannonius plantavit.

(m)

Parnassi in Silva, quam Mercurianus honori
 Pannoniae cuperet perpetuare, viret.

Laurus opaca, manu quondam plantata Poetae
 Pannonii, et Clario sacrificata Deo.

Hanc

(m) Illum dico *Ianum Pannonium*, qui Seculo quinto decimo
 fuit, Episcopus Quinque-Ecclesiarum, et Poeta insignis;
 natus in ea Sclavoniae Ora, qua Drauus miscetur Danubio,
 ex *Barbara Ioannis Vitezii* primum Varadinensis Episcopi,
 deinde Strigoniensis Archiepiscopi Sorore; Latinis, et
 Graecis Literis in Italia diu, multumque eruditus, *Matthiae*
Caruino Regi valde carus, sed postea, quod partes *Casimiri*

O

Polo.

Hanc tibi, dicebat, patria sub sidere Laurum
 Ianus Pannonius ponit Apollo! faue.
 Parua licet sint dona, placent; quia dona Poeta
 Quae facit, illa sub Carmine grata facit.
 Laurus Apollineo sub Numine tuta nec ignes
 Ardentis Sitis, nec Boreale Gelu
 Aut timet, aut sentit; sed ramos spargit, et auget,
 Conseruatque suas intermerata comas.
 Iam tria victrici superauit Secula fronde,
 Auertitque suis fulmina multa minis.
 Saepe triumphales, qui promeruere, Coronas
 Vatribus haec Laurus, Militibusque dedit.
 Nomina non dicam; satis est memorasse: Poetas
 Inde sibi aeternum participasse decus. (a).
 Phoebe!

Poloniae Principis Coronam Hungariae adhaerentis sequutus fuerit, inuisus, ac in animi moerore anno 1472; aetatis 38 mortuus. De cognomine, quod aliqui *Cesinge* scribunt a vico nunc *Craacsincze* Comitatus Veröczensis, non satis constat; nomen *Ioannis* imitatione Clarissimorum Poetarum mutauit in *Ianum*; vt ipse ait. Scripta eius opeta, quae haberi poterant, saepius sunt edita, et magnis laudibus a Viris doctissimis commendata; alia praeterea dicuntur latere, alia periisse.

n) *Laurus*, Δάφνη, opinione Veterum Apollini sacra, immarcescibilis, aeterna; vtque Plinius ait: *Publino* tota non

ici.

Phoebe! licetne mihi similem sperare Coronam?
 Vel scelus est animo spem posuisse meo?
 Nolo ego Phoebe tuam temere contingere Daphnem;
 Quodue tibi sacrum est, carpere nolo decus.
 Si merui, parua refecabis ab arbore frondem,
 Ornabitque meum Lauream parua caput.
 Tunc ego fatidico Vates praenuncius ore
 Carmina Parnassi vertice digna canam.

XX.

A D G R Y L L V M

Nocturno fridore importunum Hospitem.

Grylle quid est? Grylle vnde venis? quo tendis, et
 erras?

Qui poteris nostram saluus inire domum?

Mor-

icitur; — *Vidorum, Poetarumque* praemium, et orna-
 mentum: *Fatidicam* etiam credidere, et inde Vates fieri.
 Has virtutes, et characteres recenset Apollo apud Ovidium
 Lib. 2. *Metamorphoseon* in ea oratione, quam habuit ad
 Daphnem, Penae filiam sibi dilectam:

Arbor eris certe, dixit, mea; semper habebunt
 Te coma, te citharae, te nostrae Laure pharetrae. etc.

Morpheus hic habitat, nocturna silentia poscit, coeque

Et prohibet sacros contemnerare lares.

Nec mihi sermo tuus, nec stridula cantio nota est;

Cessa, oro: atque alium quaerere perge locum.

Esca tibi hic nulla est; stant multa pericula vitae:

Vae tibi, si positos veneris ad laqueos.

Aut tibi lenta fames maciem, mortemque parabit,

Aut ego te Laribus sacrificabo meis. —

Ille meas sensisse minas, et dicta videtur:

Nunc tacet, et multo tempore Gryllus abest.

V I R G I L I I

XXI.

P E T R O

Qui meos Versus emendare volebat.

Emendare meam voluisti Petre Poesim;

Quas ego virtutes, tu mea menda putas.

Quaesiui causam; rides vt Momus, et inquis:

Non sapit; hic Versus claudicat, ille tumet. —

Si sic emendas mea Carmina, gaudeo: Laudem

Hoc dicto, et risu tu mihi Petre facis,

SECTIO

 SECTIO TERTIA.

I.

DVM EXCELL. COMES
FRANCISCVS SZECHENYI
BIBLIOTHECAM HVNGARICAM
PATRIAE DEDICAVIT.

(a)

Pannonides Musae! Tuque o dilecta Gradio,
Et magnis numerosa Viris, Lauroque decora
Patria! quas Grates, et quae Monumenta feretis
Hungarico Mecaenati, Gentisque Metello
SZÉCHÉNYIÓ? Vos Ille colit, vestrae Ille saluti
Vivit, et infundat; vestras nunc versus ad Aras,
Inter odoratos casto de thure vapores,

 Librorum

-
- a) De *Sárvári Felső-Videk*, Ord. S. Ianuarii Eques, S. C.
et R. A. M. Camerarius, Act. Int. Status Consiliarius, per
Regnum Hungariae Cubiculatorum Regalium Magister & Comi-
tatus Simeghiensis Supremus Comes, et Tabulae Septem-
Vivalis Assessor.

Librorum Gazam, cui par nec Gemma, nec Aurum
Esse potest, Vobis, vestrisque Nepotibus offert.

O Rem magni Animi! Ptolomaeo, et Regibus aequam
Attalicis, dignamque Viro, qui talia sacrat

Munera, et insolitum Patriae testatur Amorem!

Non ego Diuino huic Operi Monumenta, Colossos,
Pyramidesque petam: Nam quo mihi Marmor, et

Aera,

Phidiacaeque Manus? vel, quae longaeua Vetustas

In Ventos spargit, Laudum praeconia? Stabit

Aeternum, spernetque vices, et Sortis iniquae

Vim Regno infestam; stabit, Gentemque docebit

Nostram, et SZECHENIVM Nomen, Mentemque beatam

Multo ore, et Linguis haec Bibliotheca sonabit.

Vos igitur, vestris, Coelo plaudente, dicatum

Rebus Thesaurum gratae accipietis, et inde

Censum, ac diuitias animo, mentique legetis:

Hoc tantum est, quod iure petit, speratque futurum (b).

II

b) De Bibliothecis Veterum vsui publico deuotis nunc quoque
multus est sermo. *Alexandrinam* in Aegypto a *Ptolomaeo*
Philadelpho Rege, inaudito luxu, comparatam inter omnes
fuisse facile principem Scriptores consentiunt. *Attalica*, seu
Pergamena Asiae suis a Regibus inchoata, et aucta pro-
xima claritate ab illa *Alexandrina* fuit. — Tardior erat
apud

II.

DE P I C T O R E

*Qui inter Virtutem, et Fortunam Foedus parabat
pingendo facere.*

Pictorem nuper dum spectro, dicit: in ista,
Quam coepi, Tabula Mercuriane vide!
Fortuna, et Virtus veniunt in Foedus; amico
Sunt animo, et dexteras confociare volunt.
Desine, respondi; nam quae dementia Pictor,
Fortunam stabili iungere velle *Deae?*
Stare loco nescit; levis est *Fortuna*; priusquam
Picturam absolvas, retrahet illa manum.

Quae

apud Romanos, Martis, non Musarum, liberos. Librorum
cura. *Asinius Pollio* Orator, et Senator nobilis Atrium
Libertatis in Monte Auentino extruxit, et in eo Bibliothecam
primus publicauit. Accessit deinde per *Augustum* Imp.
Osensia, et Palatina; atque ita aliae; quarum Exempla
ad aetates posteriores peruenerunt, et imitantes excita-
bunt. — *Mecoenatorum*, aetatis Regibus editum, amicis
Augusti, et Poetarum, doctorumque Virorum; equo suo
amantissimum, ac liberalissimum Patronum fuisse; *Qua*ntum
Metellum cognomen *Pii* apud Romanos meruisse, forte
potius est, quam vt dici debeat.

Quae modo componit Vada te, iam foedera rumpit,

Mendacemque facit seque, suumque Vadem.

Pingere *Fortunam* si vis, *Pictura* Cebetis

Adsit, et exemplo te regat illa suo (c).

Aut si forte placet: *Fortunam* pinge sedentem,

Qualis *Apellea* cernitur effigie.

Quaerenti causam dices, quod dixit *Apelles*:

Quae nunquam sedit, nunc quasi fessa sedet.

III.

DE MULIERE

Quae pro Coniuge optavit mori.

Femina depositum cum iam videt esse Maritum,

Flet, gemit, et similes dat queribunda preces.

Tunc meum Mors atra Virum, Mors barbara possis,

Et crucias? Non te Sors mea dura movet?

Si

e) In *Tabula Cebetis* sic habetur: ἡ δὲ γυνὴ κείνη etc. Sed quae est illa *Mulier*, quae caecae, et fuscanti similis saxo rotundo insidit? Vocatur, inquit, illa quidem *Hortaxa*; neque caeca solum est, sed et infana, et surda: Ea ergo quomodo fungitur? Passim, inquit, vagatur; aliis, quod non debet, aliusque largitur; iisdemque rursus, statim quae dedit, eaque donat aliis temere, et incon-

Si tibi de vestro ferienda est victima Iure,

Parce Viro; en ego sum victima vestra, veni!

Nondum finierat Mulier sua verba; venit Mors,

Extenditque suam, qua tenet arma, manum.

Adsum, inquit, permota tuis bona Femina votis.

Illa tacet; — tandem cum sinit horror, ait.

Non, vti me tollas, ego te Mors alma vocavi;

Hic iacet! illa tua est victima, tolle, et abi.

Vanus nempe dolor dat splendida verba; petichi.

Praesentis vox est vera, mouetque fidem: et sic

IV.

P O D A G R A

Hofes suos, Medicos, vlcifcitur.

Sacra coronati Mystae fecere Podagrae;

Diua, cui Sacra sunt facta, Podagra, fuit.

Si dubitas hanc esse Deam, quam dico Podagram,

Caecus es, et poenas in caput ipse vocas.

Vere nouo (sic illa cupit) celebrata fuere

Sacra, sed in Sacris luctus, et horror erat (d).

” O

d) Vernum tempus Podagrae esse idoneum, et proprium docet Cornelius Celsus, Latinus Hippocrates, et Medicorum Cicero Lib. IV.

„ O Dea, cum gemitu dicebant, maxima! Bacchi,
 Et Veneris Soboles prima, potensque faue!
 „ Te pelagus, te terra colit; tua numina sentit
 Impius, et vires Marspiter ipse timet.
 „ Tu potes, et vincis, quos vincere niteris, omnes,
 At te qui possit vincere, nullus erit. “
 Cetera, quae sacri cecinerunt Carmina Mystae,
 Scriptor, amor noster, Samosatensis habet (c).
 Audiuere Hymnum Medici, certamque Podagrae
 Decernunt docta, qua licet, arte necem;
 Et quaecunq; dedit Phoebus Medicamina, miscent,
 Paeoniaque parant tollere lege Deam.
 Illa suos Hostes vt senserat, ilicet omnes
 Colligit, et vires exerit in Medicos. —
 Quae mihi, quos isti patiuntur, Lingua dolores
 Explicet, aut medica leniat arte malum?
 Non ita Aernalis Phlegeton, non Virus Echidnae,
 Aut toga Nefleo sanguine tincta cremat.
 Sed bene, quod Podagrae nodos patiantur, et ignes,
 Qui se Phoebum Numen habere putant.

V.

o) Lucianus de *Tragopodagra*, et altera, si tamen est ab illo, fabula sub nomine *Ocypus*, in qua Sal Luciani deficit.

V.

P O E T A

HERMOPOLITANVS

Scripta quaedam Iuuenilia flammis absumit.

Scripsi multa velut Iuuenis, quem Spiritus audax
Intempestivæ laudis amore rapit.

Poenituit scripsisse, vbi me maturior ætas

Adigit, et menti plura videre dedit.

Tunc memini, quod Naso refert, scribuntque

Pœtæ,

Et placet Althææ facta verenda sequi.

Illa suum Gnatum medios coniecit in ignes,

Dignus, ait, flammis es Meleagre tuis (f)!

Sic ego, quos genui iuuenili ætate, Libellos,

Spargo per accensum, quem meruere, rogam.

Mulciber vt vidit nostros, mala pignora, versus,

Feruet, et in cineres hæc mea Scripta refert.

VI.

f) Ovidius Lib. VIII. Met. Rogus iste cremet mea viscera,
dixit; sicutque sup. et Pœtæ iudicio hæc ana impietate
pis.

C O N S I L I U M

Contra Mordacitatem Emineam conquirenti datum.

Femina te latrat, te mucida Femina mordet,

Et quae verba vomit, te nimis illa mouent.
Credo; sed haec natura Canum est; de stirpe canina,

Quae tibi probra facit, Femina nata fuit.
Antiquum genus est illi, et regalis origo. —

Cur dubitas Hecuba de genitrice satam (g)?
Si lapidem iacias, lapidem mordebit; et illa,

Quae Priami Coniux fecerat, haec faciet (h).
Si taceas, caueasque Canem, victoria parta est:

Hoc fac, et his armis victor abire potes.

VII.

Regia Coniux,
Regia dicta Parens, Asiae florentis imago,
Tot Generis, Natisque potens, Nuriisque, Viroque;
haec Hectoris illa est

Clara parens, haec est — Priameia Coniux.

Ouid. Lib. 13. Met.

A) Hecuba illa in Regem Thraciae Polymestorem
Inuolat, et digitos in perfida lumina condit,
Expoliatque genas oculis (facit ira potentem)

Imper-

VII.

DÉ PULVERE

HERBAE NICOTIANAE.

Cernis odorifero confertos Pulvere Saccos?

Hic mea Musa, hoc in Pulvere Gaza mea est.

Hic mihi delicias, quas nescit Apicius, adfert,

Non alia in Nasum dapsilis esca venit.

Quis Deus hanc Herbam nostrum produxit in vsum?

Quis, nisi vel Phoebus, vel bona Pallas erat (i)?

Sumite, qui cerebro vultis pollere, Tabacum;

Haec est ingenii certa Sagina mei.

Huius

Immergitque manus, foedataque sanguine Sonti

Non lumen, neque enim superest, loca luminis haurit.

Clade sui Thracum Gens irritata Tyranni

Troada telorum, lapidumque incessere iactu

Coepit. At haec missum rauco cum marmare Saxum

Morsibus insequitur, niſiſque in verba parato

Latrauit conata loqui:

- i) Inventionem, vsumque huius Herbae ea de causa tribuit
Poësis Phoëbo, et Palladi Scientiarum Antifitibus, quod
multi credant, virtute huius germinis purgari cerebrum, et
acui mentem.

Huius ab exortu Quinquennia ducere vellem,
 Si mihi, quae Graecis, visque fidesque foret (k).
 Nam quid Olympiacus nostro cum Pulvere Pulvis?
 Dignior aeterna non fuit ille nota.
 Diuina est nostrae virtus, et origo Tabacae;
 Haec sapit, haec vere cui sapit, ille sapit (l).
 Talia dicebat praeconia nuper amicus
 Hippocrates; contra sic ego fatus eram:
 Quod Panacea tibi est, aliqui dixere Cicutam;
 Vt tibi, sic illis, sic mihi sensus inest.

VIII.

k) *Olympia* intelligo, Certamina sacra, quae quinto quouis anno agebantur; vnde Graeci inchoarunt suam Epocham, et seriem annorum numerarunt. Sunt, ait Horatius, quos curriculo puluerem olympium collegisse iuvat.

l) Creditur haec Herbae de Coelo Numen inesse Fatidicum, primi quantum sensere Postae; Acribus ex Poeto simulis sub pectore versis. Vera fuit, properantque pedes, numerique frequentes, Cui conspirati veniunt ad signa, manipuli etc.

Iac. Balda.

VIII.

ECCLOGA

DE NATIVITATE DOMINI.

MELIBOEVS.

Aegon! chare Aegon vidistin'? Namque ego vidi
 Hac nocte insolitum, et mirabile lumen ab alto
 Surgere, dum nostras solito de more Capellas
 Lustrare incipio. Lux magna, et magna per omnes
 Fusa fuit campos; qualem neque Sol, neque Stellae
 Haecenus ediderant: vidi penetralia Coeli.

AEGON.

Imo equidem maiora. Hic, hic Meliboe, vbi Cuius
 Lene venit, facilemque viam scandentibus offert,
 Vidi equidem, vidi ipse cauo descendere Coelo
 Ingentem Iuuenum turbam, queis candida colla,
 Candida caefaries, vestisque flagrantior astris.
 O si etiam audiffes! Puerj nam dulce canebant;
 Pax, bene si memini, pax, pax! concordibus illi
 Cantabant linguis, et gloria, gloria celsis!
 Quin Puer vnus erat, reliquos qui lumine tantum
 Vincebat, quantum Solis rota splendida Lunam;

P

Hic

Hic plane ad terram lapsus Pastoribus adstat.
 Collectae turbantur oves, mea pectora terror
 Parte subit, sed parte tamen maiore voluptas.
 Ille ait: O nimium vestro gens chara Tonanti
 Parce metu! nunquam vobis tam prospera, nunquam
 Aut nox, aut fuit vlla dies. Iam denique venit
 Humano indutus, veluti vos, corpore; venit,
 Quem pridem cecinere Patres, cecinere Sibyllae
 Adflatis laturum olim solatia rebus.
 Ite citi, natumque recens venerate Tonantem!
 Qua se Bethlaea curuat sub rupe cauerna,
 Inuenietis eum stabuli vagire sub antro. —
 Non longe est, quod ait; properantes ibimus. — Ecce!

MELIBOEVUS.

Vere hic est, Puer ille hic est! — Subeamus in
 antrum. —

O' Diuine Puer, mundi melioris origo,
 Venisti tandem Coelo delapsus ab alto,
 Vt nos cognata scelerum sub mole gementes
 Eriperes, Coelique inferres victor in arces!
 Ah quantum tua ego cunabula suspirau!
 Quamue ego te votis optau ardentibus! O quam
 Saepe in clamaui: Rorate palatia Coeli,
 Et pluite o nubes Iustum iam desuper illum,

Qui

Qui feret afflicto solatia denique mundo!
Audior: ecce preces coelum, nubesque secundant!

AEGON.

O felix Virgo! quae Coelo adiungere terras
Tantis foederibus digna es, tantamque sub auras
Edere Progeniem; quam te memoremue, colamue?
Altera tu nostrae es reparatrix Virgo salutis.

MELIBOEVUS.

Non fatis est vidisse semel; nam donec in antro hæc
Diuinum Infantem potero cum Matre videre,
Nulla dies ibit sine te; mea maxima cura
Hic erit, et mihi eris posthac Puer omnia solus.

AEGON.

Huic ego thura feram; pressique coagula lactis,
Plurimaque ante aras nostra cadet hostia dextra.

MELIBOEVUS.

Muneris instar habe Puer o Diuine meum Cor!
Nil magis acceptum dare possumus; omnia, quae sunt
Grata Deo, puro de Corde venire necesse est.

AEGON.

Sume meum pariter, sume et senioris Amyntae,
Qui nos hoc calamo docet, et dat fundere versus!

P 2

IX.

STANISLAVS KOSTKA

Vienna fugit, ut votorum metam assequatur.

(m)

Nox erat, et tacitis Phoebe super aethera bigis
 Vecta soporiferas lente ducebat habenas:
 Haec mihi; **KOSTKA** inquit; Nox est suprema Viennae.

Si:

m) Adolescens Polonus peruetustae, et Senatoriae, opibusque potentis prosapiae, dum Viennae Austriae Studia Literarum quantum in annum prosequitur, sensit se instinctu altiore vocari, trahique in nouellam Iesu Societatem. Sed cum videret, hic se portum animi sui adtingere non posse, nisi bona Patris venia accederet; sciret autem illum, si tentaretur, acerrime repugnaturum, Fratrem suo, ac Paedagogo, Hospiteque, et omnibus alijs, praeter vnum Adolescentem Hungarum vitae, studiorumque similitudine sibi carissimum, prorsus incitis, sumto peregrini habitu, fugam arripit, delibetatum habens Augustam Vindeliciam, vbi Petrus Camisias Germaniae Superioris Prouincialis morabatur, petere; aut si ibi quoque operam perderet, Romam ad Franciscum Borgiam generalem totius Ordinis Praepositum properare, et voti etiam religione adiecta, non reuicere demum paternam; nec certo ante loco consistere, quam in exoptatam Familiam adoptetur.

Si mihi Militiam dulci sub nomine Iesu,
 Vexillumque sequi Loyolae non licet, ibo,
 Vindelicos tentabo Patres, aliasque per oras
 Petrum Canisium quaeram peregrinus, et exul:
 Vrbs Augusta mihi, vel certe Roma fauebit.
 Nec mora; reiectis, quibus ante ornatus itabat,
 Vestibus, agrestem Iuuenis generosus amictum
 Induitur, falsoque tegi velamine gaudet;
 Ac duplices tendens ad conscia sidera palmas,
 Nunc age magne Deus, nostris nunc annue coeptis,
 Ignotas ostende vias, et pectora firma! —
 Sic fatus, leni per nota cubilia passu
 Egreditur, superatque Suburbia longa, priusquam
 Nox mediam Coeli tetigisset nubila metam.
 Illum excedentem taciti fleuere Penates;
 Et nisi relligio seruare arcana iuberet,
 Planctumque, gemitumque fores, et tecta dedissent.
 Interea lux orta fuit, quae strata viarum,
 Vicinosque aperit campos; sed sistere cursum
 Nec tempus, nec cura sinit: iubet ire, piamque
 Continuare fugam, et nullam acceptare quietem.

Iam semel, atque iterum solitum confecerat
 orbem,

Muraratque diem Titan cum nocte secunda;

Cum

Cum Puer in caecas, qua nulla est femita, Silvas
Venit inexpertus, defesso corpore, solus.

Fleſte viam bone KOSTKA, tedi! Nox incubat atra;

Fallax eſt Labyrinthus; inextricabilis error

Ambages, laqueosque tibi, et discrimina neſcit. —

Sed placet errores, nigraeque pericula Siluae,

Nocturnasque ſequi tenebras, et forte ſequentem

Fratrem iracundum a coepto diuertere curſu:

Frater erat Paulus. — Quis tunc, quae traxerit imo,

Carminibus memorare poteſt, ſuſpiria corde,

Cum denſas inter pinus, et robora dura

Solus oberrauit? quis verba, precesque calentes

In humerum reuocet, quibus aſtra, Patremque Su-
premmum

KOSTKA perorauit? Fixum eſt ultra ire, viasque

Per medios nemorum, nullo duce, quaerere ſaltus.

At iam longa fuga eſt; vires in corpore ſenſim

Deficiunt: mediis igitur Puer vnus in vmbriſ

Incompertorum nemorum, certisque ferarum

Lustris heu quid agat? quo ſe, et veſtigia vertet?

Deponethe ſuper ſaxo, vel gramine membra,

Et ſomnum accipiet laſſus? — Lethalis in herba

Saepe latens anguis, circumque habitata ſpelaea,

Immanesque ferae, et veriſſima mortis imago

Quem

Quem non commoueat; metuatque minoribus annis? —
 Ille oculos, quantum tenebrae patiuntur, et aures
 Nunc huc, nunc illuc versat, si forte propinguis
 Lux veniat non vana casis, vel silua latratu
 Perfonet optato. — Sed nil nisi saxa per umbram,
 Et caecae occurrunt Siluae, generantque timorem. —
 Iamque erat, vt fessus noctis, fessusque viarum
 Herbosum, quo forte stetit, demitteret artus
 In tumulum, tenui cessurus lumina somno;
 Si tamen admittat somnum cura anxia. — Tandem
 Vicino de colle videt splendescere Lucem.
 Quam cum suspexit: quonam Deus optime facta,
 Et quando potui meruisse, aiebat, vt atras
 Has inter tenebras, et nigra pericula noctis
 Hanc de monte mihi lucem succenderet aether?
 Aut hos, aut similes dum voluit pectore motus,
 Ad Cliuum, quo flamma vocat, vestigia vertit
 Ignarus fraudum; veluti iactatus in alto
 Nauita, qui Phario claram de vertice lucem
 Dum fulgere videt, lactus sua carbasa torquet
 Ad terras, quae lumen habent, partuque laborat
 Iactatam saluare ratem; sed sitne vocanti
 Credendum flammae? quid si vocet hostica tellus?
 Quaerere non meminit.

Postquam

Postquam per opaca ferarum
 Tesqua Puer certam saxo conspexit ab alto
 Scintillare pharon, vires, animumque resumit,
 Et properat: certum est illa requiescere sede.
 Iamque aderat. — Videt elatam prope sidera molem,
 Augustamque domum, pariis suffulta columnis
 Atria, et auratos centum, longo ordine, postes,
 Multaque, quae laetam spargunt funalia lucem.
 Intus formosi Iuuenes, cultaeque Puellae,
 Et Charitum festiua Cohors, Venerisque Sodales,
 Festa, iocosque fouent, et gaudia mille frequentant;
 Argutae voces, numeri, citharaeque, fidesque,
 Concentusque noui, et molles ad pleetra Chorea.
 Obstupuit, retroque pedem Puer inde repressit.
 Occupat egressum, reditumque intercipit omnem
 Multa cohors; venit ipsa loci Regina Voluptas,
 Os, humerosque Deae similis, quam plurima vestit
 Maiestas, et amor; vultumque per hospitis ora
 Circumagit, multisque modis blanditur, et inquit:
 Quis Deus ad nostros te Stanislæ penates,
 Concentusque tulit? neque enim sine numine Diuum
 Huc venisse puto. Salue pulcherrime KOSTKA!
 O salue Lechicae flos intemerate Iuuentae!
 Huc ades, et nostras mecum circumspice Sedes.

Sic

Sic ait, amplexuque dato ad penetralia ducit. —
 Hic vero noua forma domus, pretiumque, nitorque;
 Hic portae, et sedes, lectique, et tota supellex
 Auroque, argentoque nitent, flammisque pyropi,
 Et radios adamantis habent; sunt byssina muris
 Stragula, et auratis fulgent laquearia tophis.
 Adpositae mensis epulae, gemmataque vini
 Pocula, et ambrosiae succi, nectarque Deorum.
 Inuitant Iuuenem. Pueri, innuptaeque Puellae,
 Omnes formosi, nitidis in vestibibus omnes,
 Festiuisque omnes redimiti tempora fertis
 Reginam, et KOSTKAM blanda cinxere corona.

Quid faciat, dicatque Puer circumdatus? haeret
 Anxius, et dubius; maneatne, vel aedibus istis
 Eripiat sese? — Sed quid tibi vilis amictus,
 Illa iterum, et solus? quae te maleuada libido
 In laqueum, et fraudes, et tanta pericula ducit?
 Quem fugis infelix KOSTKA? aut quibus exul in oris
 Consumare cupis teneros incognitus annos?
 Heu miserande Puer nescis, quae damna sequare
 Caecus, et imprudens! — Si te, propriamque sa-
 lutem

Diligis, en Matrem! Mater tibi spondet amores,
 Fortunasque suas: dextram cape! — Plura parabat
 Dicere;

Dicere; sed Iuuenis rupto sermone: Perimus!
 Exclamat; video speciosa pericula, — nosco
 Insidias: heu me! — fugio. — Sic ergo vocantem
 KOSTKA fugis? Regina refert; hanc denique noctem,
 Hoc super instratus lecto, tenerisque amarantibus
 Exige! parua mora est. — Fugit ille, et sidera
 moestus

Suspiciens, fer opem, meque o Deus optime salua!

Vix ea dixit; et ecce omnis vanescit in auras
 Regia; diuitiae, et gemmae, mensaeque, torique,
 Barbitaque, et Citharae, Veneres, cultaeque Puellae
 Ex oculis, veluti somnus, fugere, nihilque
 Praeter inhaerentem liquere in corde stuporem.
 Ast vbi de gelido stupor, et formido recessit
 Corde, datusque fuit menti sensusque, vigorque,
 Aspicit Auroram laete consurgere, seque
 Monte super viridi, super exsuperantibus herbis
 Repperit. Hic Coelo grates persoluit, et alto
 Compositus somno post haec simulacra quiescit.

X.

Q U E R I M O N I A

E R A S T I A D O L E S C E N T I S .

Vt mihi flammigera percussit arundine pectus,
 Dignus erat saeva morte perire Puer.
 Aut si morte nequit Pueri natura perire;
 Cur ego non potui morte perire prior?
 Nam quid dissimulem? non sum sine crimine culpae;
 Causa mei potior vulneris ipse fui.
 Et pudet, et dicam: Vidi, placuitque videre;
 Haec mea culpa, haec est causa, et origo mali.
 Ille mihi Visus facit insanabile vulnus,
 Accenditque novas in mea corda faces.
 Vror, et infestas nitor restinguere taedas;
 Sed Puer, et Pueri Mater iniqua vetat;
 Vtque solet cum Matre sua saeuire Cupido,
 Ille mihi calamos iniicit, illa faces.
 Ah quoties ego iam, nisi Fata ignota resistent,
 In busta, et cineres dissolendus eram!
 Fata obstant, prohibentque trium decreta Sororum!
 Fata volunt poenae me superesse meae.

Ergo.

Ergo cupidineo nunquam non faucius arcu
Vulnus alam, et caeco carpar ab igne miser?
Qui legit hæc, oculos custodiat, inquit *Eraſtus*.
Antiquum est: Oculi sunt in amore duces.

XI.

A L L E G O R I A
D E L I B R O C A R M I N V M.

Ancora sublata est, properat vaga Classis in altum;
Spumant aequorei caerulea terga Iouis.
Fallor, an Argolico quæ soluit litore Navis,
Ut reuehat Phryxi vellera, talis erat?
Aeole propitiam debes his Nauibus Auram;
Sunt etenim plenae Religione Rates.
Hic modo Phoebus adest, hic sunt cum Praeside
Musae,
Hic vela, et remos Numina docta regunt.
Huc ea de sacro deduxit Monte Poeta;
Hic placet, et tantum versibus ille potest.
O vnam ex illa, quæ fert hæc Numina, Classe
Intraret portus vna carina meos!

Quid

Quid vetat Vranien ad me, Phoebumque venire?
 Vranie, et Phoebos litora nostra patent.

XII.

I O S E P H O B O R O S

D E R Á K O S

C O N S I L I A R I O L O C V M T. R E G I O

Anno MDCCCI. e Croatia Redeunti.

O qualis, quantusue redis! — Fallorne, vel idem es
 BOROS, amicitiae cultor, et alter ego?

Idem ipse es, video; — sed quam diuersus ab illo,
 Cui nos communi diximus ore: Vale!

Nec color est idem, nec iidem in fronte capilli;
 Macer es, et vultum ruga seuera notat.

Vna igitur tantum est in te trieteride factum,
 Quantum aliis fieri per tria lustra nequit.

Scilicet ille tuus, qui te noctesque diesque
 Exagitat, Genius sine, modoque caret.

Dumque Tibi a Domino commissa negotia tractas,
 Nec mora, nec somnus, nec breuis esca sapit.

Haec illa est Virtus, quae Te consumit, et vrget,
 Ante diem Virtus quae facit esse senem.

Quam

Quam pulchrum, et rarum est Virtute senescere tali,

Et vitam in curis ducere velle suam!

Praemia quantumuis non quaeras, praemia gestas;

Cum Meritis splendet Crux Stephanaea tuis.

Splendeat, et geminos ostendet Gloria Fratres,

Inscribatque suis Nomina Vestra Libris.

XIII.

DANIEL EMERICVS

BOGDANICH

Die 31. Ian. Anni MDCCCII. mortuus.

Astronomia suas, per quem firmare volebat

Vires, et Vitam ducere, mortuus est

Vir Iuuenis Daniel. Vitam labor improbus illi

Rupit, et in luctum sidera nostra dedit.

XIV.

D E

A N D R E A V Á L Y

P R O F E S S O R E L I T E R A T V R A E H U N G ,

In Regia Scientiarum Vniuersitate Pestana.

Qui saepe in Terris, multumque errare solebat,
 Ut sibi dilectam nosceret Hungariam;
 Cum nihil in Terris, quod iam cognoscat, haberet,
 VÁLYVS in Coelis errat, et Astra notat (n).

XV.

A N N A E

Carmen Latinum postulanti.

Anna petis Carmen; Carmen Tibi mittere vellem;
 Sed vetat, et venam sistit Apollo meam,

Quid

n) Edidit Topographiam Hungariae Sermone Patrio in tribus Tomis, facto initio ab anno 1796. Supplementa dum parat, anno 1801 die 3. Decembris, aetatis suae 38, relicto sui desiderio, et encomio infatigae diligentiae, moritur Pestini.

Quid faciam? inuito conabor Apolline Carmen
 Condere, et elinguem sollicitabo Chelim?
 Nil nisi quod comptum, et pulchrum est, mireque
 venustum,

Femina, quantumvis docta, sagaxque cupit.
 Hoc placet, hoc iterum, rursusque recolligit, ori
 Admouet, ac laudat, corde, oculisque fouet.
 Tale ego cum nequeam Carmen componere, quale
 Conuenit, et tua sunt vota, rogare taue.
 Quod licet, ac possum, pro Carmine mitto papyrum;
 Niliaca, et tota est candida, fida, bona.
 Scribe, quod in voto est; quidquid tua dextera
 scribet,
 Carminibus nostris pulchrius illud erit.

XVI.

D E R O S A

F L O R V M R E G I N A .

Cum mea bissexenos Aetas numerauerat annos,
 Tunc Rosa Flos princeps, et mihi grata fuit.
 Hanc ego plantaui, curaque superffite foui,
 Et non pauca Tibi ferta MARIA tuli!

Aft

Aut ubi cognoui Veneri Florem esse sacratam,
 Erubui, et scripto talia verba dedi:
 Aut Venus abiiciat Florem, seruetque Pudorem,
 Aut Rosa lasciuus testis amoris erit.

XVII.

DVM EXCELLENTISSIMVS

P A V L V S A L M Á S Y

CVSTOS SACRAE CORONAE REGNI HVNGARIAE

DICTVS EST.

(o)

Quis nouus e Sacro manat Diademate Splendor?

Fundit enim Lucem Sacra Corona notam.

Audite Hunniadae! Diui Sapia Regis.

Praeuertit vestras per sua vota preces.

PAVLVS ab ALMÁSY est Dumvir, Custosque Coronae:

Tuta erit, et laetum sparget vbique diem.

XVIII.

*) De Zsadány, et Török Szent-Miklós, Sv. Cs. et R. A. M.
 Actualis Intimus Status Consiliarius, Comitatus Aradiensis
 Supremus Comes, Consilii R. L. H. Consiliarius, et Com-
 missariatatus Prouincialis Supremus Director; die 25. Dec.
 Anni 1801.

Q

F O R T V N A

In se, suisque Cultoribus varia.

(p)

Fortunam, res mira! Homines damnantque, coluntque,
Autoremque suae fortis adesse putant (q).

O quot ego laudes, et quot conuicia legi,
Quae iam Fortunae Nomen inane tulit!

Dicite, qui colitis Fortunam, dicite, quid sit?

Sitne Vir, aut Mulier? qualis, et vnde Deus?

Estne

p) Poeta, cum legeret Librum III. Lactantii, erupit in hos Versus.

q) Illustris est locus Plinii Lib. II. Hist. Cap. 5. Toto mundo, et locis omnibus, omnibusque horis, omnibus vocibus *Fortuna* sola innosatur, vna nominatur, vna accusatur, vna agitur rea, vna cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, et cum conuiciis colitur. Volubilis, a plerisque vero et caeca etiam exifimata; vaga, inconstans, incerta, varia, indignorumque faulrix. Hinc omnia feruntur accepta, et in tota ratione Mortalium sola vtramque paginam facit: adeoque obnoxiae sumus fortis, vt *Sors* ipsa pro Deo sit, qua Deus probatur incertus.

Estne eadem Fors? quae formā illi? quis originis autor?

Cur caeca, et constans in leuitate sua (r)?

Infanire palam me cum ratione fatebor,

Si quod Fortunae Numen inesse rear (s).

Sit miser, et demens; Fortuna inimica sit illi,

Quisquis Fortunam nonnihil esse putat.

XIX

r) Romani Fortunam *Muliebrem*, et *Virilem* coluerunt; vnde Lactantius: Philosophi ne aliquando non errent, in re sulta volunt esse sapientes, qui Fortunae Sexum mutant, eamque non deam, sicut vulgus, sed deum esse dicunt. — Virgilius, et alii adpellant eam omnipotentem. Quid ergo ceteris Diis loci supereff? quaerit Lactantius. Cur non aut ipsa regnare dicitur, si plus potest? aut sola colitur, si omnia? Vel si tantum mala immittit, aliquid causae proferant, cur, si dea sit, hominibus inuideat, eosque perditos capiat, quum ab his religiose colatur? Cur aequior sit malis, iniquior autem bonis? etc.

s) Recte Cicero Lib. II. de Diuina. n. 6. Quid est aliud *Fors*, quid *Fortuna*, quid *casus*, quid *eventus*? nisi cum sic aliquid cecidit, sic euenit, vt vel non cadere, atque euenire, vel aliter cadere, atque euenire potuerit. Ideo Iuuenalis:

Nullum Numen adest, si sit Prudentia; sed nos
Te facimus Fortuna deam, caeloque locamus.

M I N E R V A E
D O C T O R

Ex Veteri Adagio.

Sus stetit ante Iouem; stantem miratur Olympus:
Nunquam etenim magnum Sus stetit ante Iouem;
Suspiciensque Thronum, quem Coelum, et Terra
veretur:

Iupiter! elato sic ait ore, yides;
Quae sine Matre tuo nunc est prognata cerebro
Filia, Doctorem debet habere bonum.
Accipe me; quacunq; voles, sum primus in arte;
Ingenio sapiet flaua Minerua meo. —
Intonuit Coelum, fulmen ruit; ille timore
Tangitur, et celeri se rapit inde fuga.
Nunc etiam metuit, Coelumque videre recusat;
Vult tamen ingenuis artibus esse Crito.

SECTIO

SECTIO QVARTA.

I.

HISTORIA POETICA MUSAE VRANIAE

Quam inter Planetas reperit

CEL. HERSCHELIUS.

Quem nunc Astronomi iam dicunt esse Planetam,
Musa fuit, clari nominis, VRANIE.

Hanc semel, haud vltra, FLAMSTEED, et MAYER in altis
Vidit; at in fixo credidit esse loco (a).

Infor-

- a) Celeb. hi Astronomi, FLAMSTEED in Anglia anno 1690, et TOBIAS MAYER Göttingae anno 1756 semel tantum conspexere hoc Sidus; nam si vltra, diversisque diebus incidisset in eorum oculos, motum illius, quem censeo tunc e Tellure visum non fuisse Stationarium, certo comperissent, et iste, vel ille prior noui Planetæ repertor ante HERSCHELIUM extitisset. Quod autem FLAMSTEED, et MAYER, dum Catalogum Stellarum Fixarum confiruxere, vnam tantum illius Astri obseruationem habuerint, ea est causa; quod

Infortunati! quos Vita reliquerat ante,
 Quam licuit nosse, et dicere quid videant?

Huc

quod luce, et magnitudine sua apparente simillimum sit Fixis sextae, vel septimae classis, quas propter ingentem talium Stellarum numerum Astronomi, dum Catalogum Fixarum conficiunt, semel duntaxat solent obseruare, earumque Positionem ex vna tantum obseruatione designare, et ordini, Catalogoque suo inscribere. **HERSCHELIUS** quamprimum hoc Astrum, repetita post duas dies obseruatione, suo loco motumprehendit, **CELEB. MASKELYNE** Astronomum Regis Angliae commonuit, qui primo motum eius determinauit, et Cometam vel ad Solem accedentem, vel ab eo recedentem esse ratus, Astronomos Europae ad nouum hoc Phaenomenon excitauit. Multi per annum integrum inuigilarunt huic sideri; et sicut cum Cometis fieri solet, in Orbita Parabolica suis illud calculis subiecerunt: tandem cum nulla Parabola motibus eius obseruatis satisfaceret, neque diameter eius apparens cresceret, vel decresceret, proinde distantia eius a Tellure inuariata ad sensum maneret, more Planetarum in Orbita Elliptica, non multum a Circulo differente, periculum facere instituerunt, et omnino Planetam, idemque esse sidus compererunt, quod **FLAMSTEED**, et **MAYER** in iis prorsus Locis semel conspexerunt, sed Stellam esse fixam putauerunt. Id quoque feliciter accidit, quod eo tempore, scilicet die 13. et 15. Martii Anno 1781. dum secundum visus est **HERSCHELIO**, non fuerit *Stationarius*: nam secus motus illius animaduerti non potuisset,

man-

Huc oculos, animosque Viri, qui quaeritis Astra!

Mira, sed, Historiae credite, vera canam (b).

Trita

mansissetque in Catalogo Fixarum *Stella Fixa*, ac inter extinctas numerata. Geminae sunt igitur huius Inventionis caussae; altera, quod Astrum istud ab HERSCHELIO secundum, et iterum fuerit observatum; altera, quod eo tempore non fuerit stationarium. Historiam Inventionis huius Cel. de *la LANDE* proponit Tom. VIII. Ephem. Motuum coelestium de Anno 1785. Eadem latine reddita, et inserta est Ephemeridibus Astron. Vindob. ad Annum 1787 in Appendice. Idiomatico Teutonico eandem conscripsit Cel. BOSS Astronomus Berolinensis sub titulo: *Von dem neu entdeckten Planeten*; Berolini Anno 1784. Idem plura de hoc Planeta refert in suis Ephemer. Berolinensibus ab Anno 1784 ad 1789; plenissime autem Angli in Transactionibus Philosophicis.

- b) Antiqui etiam Cantores solebant Astronomica canere, ut *Iopos*, quem in Astronomia maximus Atlas erudiit: Hic canit errantem Lunam, Solisque Labores, Arcturum, pluviasque Hyadas, geminosque Triones etc. Fuit autem hic Cantus in Regia Didonis Festiuitate Aeneid. I. et continet multo plura de mirabili Mundi Constitutione, diuinaeque Mentis Sapientia. Eiusmodi Cantus est apud Apollonium Lib. III. Argonaut. Quis nescit *Arati* Phaenomena, quae Cicero, Caesar Germanicus, et Festus Rufus Auienus Latinitate donauerunt? quis inquam *M. Manilii* Astronomicum, et alia his recentiora potest inter Eruditos ignorare?

quis

Trita Poëtarum commenta, salesque relinquo;
 Non erit in Numeris Fabula vana meis.

Diva,

quis non admiratur singularem Astronomiæ peritiam in operibus Poëtarum classicorum? neque enim alia causa reddi potest, cur veteres Poëtæ tam Graeci, quam Latini VRANIAM, vnam e Musis, et *Parnasi* Incolam esse voluerint; quam, quod Poëtis, illis studium Astronomiæ fuerit præcipuum; sicut reipsa illud a Poëtis veteribus fuisse cultum, operâ rebus ex Astronomia petitis ornata testantur. Quæ autem sint causæ, quod rariores sint hodie Poëtæ Astronomiæ gnari, cupiantque Musam VRANIAM, quam olim Principes eorum præcipue coluerunt, e *Parnasse* remouere, et velut consortio Pieridum indignam deridiculo habere? dicat Ouidius VRANIAE familiaris Faëtorum Lib. I.

Quid vetat et Stellæ, vt quæque oriturque, caditque

Dicere? Præmissi pars sit et ista mei.

Felices animos, quibus hæc cognoscere primis,

Inque Domos superas scandere cura fuit!

Credibile est, illos pariter Vitiisque, Locisque

Altius humanis exeruisse Caput,

Non Venus, et Vinum sublimia pectora fregit;

Officiumque Fori; Militiæque Labor.

Nec leuis Ambitio, perfusaque Gloria fuco;

Magnarumque Fames sollicitauit Opum.

Admouere oculis distantia sidera nostris,

Aetheraque Ingenio supponere suo,

Sic

Diva, cui Verum est curae, mihi verba ministrat,
Cunctaque Coelestis Virginis acta refert (c).

VRANVS

Sic petitur Coelum! non, vt ferat Oſan Olympus,
Summaque Peliacus sidera tangat apex.

Nos quoque ſub Ducibus Coelum metabimur illis,
Ponemusque ſuos ad ſtata ſigna Dies.

Qua etiam veneratione reliquae Parnafſi Musae VRANIAM
proſequutae fuerint, idem *Nafſo* eleganter docuit Lib. V.
Faſtor. Dum enim cauſſam a Muſis ſibi exponendam
rogafſet, cur Menſis quintus Anni vocatus fuerit *Maius*?
expositis diuerſarum Muſarum rationibus, dum ordo ſenten-
tiam dicendi ad VRANIAM veniſſet, ſic canit:

Finierat voces *Polyhymnia*; Diſta probarunt;

*Clio*que, et curuae ſcita *Thalia* Lyrae.

Excipit VRANIE: fecere ſilentia cunctae;

Et vox audiri nulla, niſi illa poteſt.

e) VRANIAM ſemper fuiſſe *Virginem*, potior eſt Antiquitatis
ſententia. Fuere nonnulli, qui Muſas omnes ſemper caſtas
manſiſſe dixerunt: vt *Plato* in Epigrammate teſtis eſt, quod
eſt apud *Diogenem Laertium*. Ideo *Luclanus*, quem nunc
certe plurimi amamus, ait: Muſas eſſe *ἀσάρτους*, ſeu *in-
vulnerabiles*, quod Facem, Sagittasque Cupidinis nunquam
fuerint expertae. Sunt tamen, qui Muſas Filios, Filiaſque
progenuiſſe dicant; ſed haec ſenſu allegorico accipienda
ſunt (quemadmodum Natalis Comes in ſua Mythologia de
Muſis obſeruat) vt illi, qui Muſarum Filii, vel Filiae
dicti ſunt, ea fuerint Ingeniorum, Scientiaeque praecantia,

vt

* * * * *

VRANVS est pater VRANIAE; si scire necesse,
Matrem etiam possum dicere: Vesta fuit (d).

Fratr

vt diuinitus de Coelo demissi inter Homines viderentur; causa nullum desiderium Veneris alioquin cadere possit in Corpora coelestia. Dicuntur ergo Musae eo modo *Matres*, quo *Magistri* discipulorum dicuntur *Patres*. Ita in Mythologia Linocerii CLIO dicitur Mater *Homeri*, POLYHYMNIA *Pindari*, Erate *Sapphus*, Melpomene *Thamyris*, Terpsichore *Hesiodi*, Thalia *Agriculturae magistra Maronis*, Euterpe *Nafonis*, VRANIE *Musaei*, *Arati* etc. Calliope *Orphei*; atque hoc modo Musae et Virgines, et simul Matres dici possunt.

- d) Primi Mythologi, et Scriptores Musaeus; Mimnermus, Alcmaeon, et post hos Eusebius, ac alii prodiderunt, Musas, et imprimis VRANIAM esse Vrani, et Terrae, seu Vestae Filiam; quibus in Hymno quodam consentit *Pindarus*, sic Musam adlocutus: 'Αρχὴ δ' Ὀυρανῶ Σύγκρις! *Incipe vere Coeli Filia* etc. vbi Commentatores ex Aristarchi, aliorumque sententia adferunt VRANIEN, et reliquas Musas Vrani Filias; sic etiam Pausanias. Est autem Ὀυρανός Latinis Coelum, aut more veteri Coelus, vel Coelias; Ὀυρανίη, vel Ὀυρανία coelica, vel coelestis. Quod qui norunt, et tamen nouum Planetam non VRANIAM, seu coelestem, sed *Vranum* siue Coelum adpellant, profecto sunt valde admirandi. Ὀυρανός apud Graecos aut totum Coelum, aut totum Mundum significat; quod innumeris documentis palam fieri potest. Iam nomen ipsum Ὀυρανίη ab Ὀυρανός descendens, et derivatum satis indicat, VRANIAM esse *Vrani* Filiam. Recentiores

Mytho-

Frater erat SATVRNVS, ait Musaeus, et illi,
Quos habuit veros Graecia prima Duces (e).

Hac

Mythologi Genitorem Musarum faciunt Iouem; credo autem sub nomine Iouis eos intelligere Coelum, seu *Vranum*; saepe enim Poetae pro Coelo ponunt Iouem, ut constat. Porro *Vesta*, seu *Tellus*, aut *Terra*, *Vxor* est *Coeli*, seu *Vrani*, ex qua genitam ferunt *VRANIAM*, et ceteras Musas, *Saturnum*, et turbam magnam Deorum, Dearumque. Tradunt alii *Vestam* aliam Iouis Sororem castam, et perpetuo virginem, quae colebatur sub figura *Ignis*, habebatque Sacerdotes Virgines *Vestales*. *Ouidius* vero post alios docet, vnā, eandemque *Vestam* fuisse, sed duplici specte cultam. *Faustor. VI.*

Vesta eadem est, et *Terra*; subest vigil *Ignis* vtrique,

Significat sedem, *Terra*, *Focus*que suam.

Ceterum, causam, cur *Veteres* *Terram* adpellarint *Vestam*, reddit idem *Ouidius* *Libro* eodem *VI. Faustor.* *Stat VI* *Terra* sua, *VI Stando*, *Vesta* vocatur; *Hodie* cum *Tellus* inter *Planetas* circum *Solem* mobilis ab *Astronomis* demonstratur, rectius ei nomen *Cybele*, seu *Deae* turrata corona ornatae, et *curru* duobus *Leonibus* praecursoris insidenti tribueretur, ut *Hellius* in *Lite Astronomorum de Nominis* suadet *Astronomis*.

- e) De his nullum volo relinquere dubium, ut adpareat nouum *Planetam* conuenienter dici *VRANIAM*. *Vranus* enim tenet *Coelum* vniuersum, seu *Spatium* illud immensum, ac infinitum, quod circumdat totum *Systema*, et *Regionem* *Plane-*

ne.

Hac de Matre nouem generauerat ille Sorores;

Ista est Aonii Turba nouenna Iugi (f).

Inge-

netarum. In hac Planetarum Regione proximus est *Vrano* Planeta nouus, seu *VRANIE* Filia, huic autem Frater *Saturnus*.

f) Nouem fuisse Musas docet Hesiodus, Homerus, et potior Veteratis pars, quas *Sorores* dicunt. Tota Veterum Theologia Musicae superstructa, ad numerum nouem Musarum facta, ordinataque est. Quis apud eos *Orpheo* maior Theologus, et Musicus? persuasum ille sibi habuit, nouem esse Sphaeras coelestes, Concertumque Musicum perpetuum earum motu fieri: unde Lyram ille suam nouichordem composuit, singulisque Sphaeris unam e Musis dedit, et Viu in Homines emanare, Naturamque fieri docuit. Disposuit autem hoc ordine nouem Musas iuxta antiquissimum Systema planetarium, quod hodie *Ptolomaicum* dicitur, referens Tellurem in Centro quiescentem, circa quam reuoluerentur Planetæ ordine sequenti: 1. Luna, cuius Sphaerae praefes esset Musa *Thalia*. 2. Mercurius, praefes *Euterpe*. 3. Venus, praefes *Erato*. 4. Sol, praefes *Melpomene*. 5. Mars, praefes *Clio*. 6. Iupiter, praefes *Terpsichore*. 7. Saturnus, praefes *Polyhymnia*. 8. Sphaera octaua *Coelum Stelliferum*, praefes *Vranie*, et totidem dixit Sphaerarum Tonos. Nonam namque Sphaeram, quas has octo complecteretur, adpellauit *Calliopen*, quasi *Bonum Concertum*. Ex hoc igitur *Orphæi*, et Antiquorum ordine clarum est, iam tunc *VRANIAM* supra Saturnum locatam,

Ingenio, Formaue pares, non Arte fuerunt;
 VNUS eas varia Phoebus in Arte docet (g).
 Historiam CLIO, Gestum POLYHYMNIA fingit,
 CALLIOPE Heroum fortia Facta canit.
 MELPOMENE Tragicâ est, Comoedia prisca THALIAM
 Occupat, EYTERPEN Tibia docta tenet.
 TERPSICHOE Choreas, ERATO sectatur Amores,
 VRANIE Coelum, et Sidera sola notat.
 Et si Fata sinant, si vota secundet Apollo,
 Iam nunc Sidereos optat adire Lares:

* * * * *

Quid magis ad votum, desideriumque Magistri
 Esse potest? Coelum, et Sidera Phoebus amat.
 Phoebus amat! dixi, repetoque volubile verbum:
 Siderei princeps, duxque, caputque Chori est.
 Phoebus

et Sphaerae octavae praesidem constitutam fuisse, recteque
 intelligi, nouo Planetæ supra Saturnum versanti, nomen
 VRANIE etiam ex Antiquorum Sententia cum fundamento
 tribui. Adeo omnia in Nominis huius congruentiam con-
 spirant.

g) Phoebum Magistrum fuisse Musarum communis est traditio,
 vnde *Musicus*, et *Musagetes*, quasi Dux Musarum
 nuncupatus fuit. Musarum Studia, et Artes post alios
 Scriptores recenset *Callimachus* graecus, et *Ausonius* lati-
 nus. In illis dicebantur esse omnes Scientiæ, et Artes.

Phoebus is est *Titan, Hyperion, Sol, et Apollo,*
 Dispensatque suum Regna per alta iubar.
 Hoc tantum vere, Gens ingeniosa, Poetae,
 Quod Solem, et Phoebum confociare sciant.
 Cetera de supero, quae dant Iove, inania dicer,
 Quisquis ad Historicos, Astronomosque venit.
 Iupiter in Coelis habitat, versatque Ministros (h),
 Caeruleasque terit nocte, dieque vias.
 Sed nec tantus honor, nec tanta potentia in illo est,
 Quanta in Maeoniis versibus esse solet.
 Sol primo in Coelo Deus est (i); Deus ille gubernat
 Errantesque Globos, aeriasque Plagas;
 Et quia Sol, Phoebusque idem est, non alter Olympo
 Rector, et aetherea est in regione Deus (k).

Vnde

h) Satellites nempe suos, quos habet quatuor.

i) In Coelo scilicet planetario; quod docet alterum Carmen;
 non autem in illo maximo, quod *Vranus* tenet; sic etiam
Mundi nomen, et *Coelum* illud accipiam.

k) Hec etiam docent Nomina: Latini *Solem* dixere, quod
 sit *Solus*, ait Varro, et Cicero: Graeci *φῶς*, seu *purum*,
 ac *splendidum*; Plato *Ἀπίλλου* cognominatum scribit *ἄπ
 ῥῆ ἢ πᾶλλω τὰς ἀκτῖνας* a *Iactu Radiorum*. Sed puto, non
 esse necesse, ire per Etymologiam omnium Nominum.

Vnde Ioui Fulgor, nisi Phoebus Lumina spargat?

Ille Faces Marti, Mercurioque dedit.

Tristis, et obscura est Veneri faciesque, domusque,

Si tegat auricomum Phoebus Apollo Caput.

Ille suos certa moderatur lege Planetas,

Et iubet Empyrias ire, redire Plagas.

Ille Anima est Mundi: *Archaeum* mihi dicere fas est;

Viucere qui Terrae, Sideribusque dedit.

Ille potest mortale genus super Astra leuare:

Ille Hominum vitam perpetuare potest.

* * * * *

Hoc erat in votis, multisque ardebat ab annis

VRANIE, et Phoebi sollicitabat opem.

Phoebe Pater! dixit, quando mihi denique Coelum,

Quod video multis te tribuisse, dabis (1)?

Tu Veneri, et Marti coelestia templa dedisti,

Nulla tuis illi thura dedere focis.

Lucet in aetherea, quamuis pallentior, Aula,

Qui sua coniugii pignora Falce metit.

Perseus in Coelo est, Cancer, Delphinus, Orion,

Lynx, Aries, Procyon, Hydra, Columba, Lepus.

Cetera

(1) *Patrem* adpellat eum, qui magister est: *verus* autem VRANIE

Pater non alius est, quam VRANUS.

Cetera non dicam; si dixero, parce dolori!

Dignane fuit illo talia Monstra loco?

Forte tuas arces Animalia bruta merentur,

Non Homines, Aras qui coluere tuas.

Quando ego non colui? quando tua Numina laesi?

Sola mihi Coelum curá, laborque fuit.

* * * * *

Talia saepe suo geminabat verba Magistro:

Virgo! querelarum desine, Phoebus ait;

Et tandem euge animo! nec enim mihi cura recessit

Pristina: non memorem credere mene potes?

Quod tibi nec Vates, nec Sidera dicere possunt (m),

Hoc modo fatidico pandit ab ore Deus.

Mercurium hoc dicto mittit, qui talia praepes

Perferat ad sumum vota, precesque Patrem (n).

Si Pater admittat, si dent sua vota Planetæ,

Octavum in numerum Nata venire potest (o).

VRANVS

m) Sermo est de Astrologia iudicialia, in qua plurimus est Manilius per suum Astronomicon.

n) Videlicet ad Vranum VRANIAE Patrem.

o) Scilicet Planetarum, qui vulgo septem hactenus numerabantur cum Luna Planeta secundario; nam Planetæ primarii reipsa sex tantum fuerunt, et novus est septimus; sed

VRANVS annuerat: nutum sensere Triones,
 Agnouitque suum Machina tota Deum (p).
 Iam prope tempus adest, quo tu super Astra voceris,
 Inde tuas vibres, vt vaga Stella, Faces (q).
 Aspice, quo Frater Saturnus in orbe vagatur!
 Sic ait, et nitidum claudit Apollo diem.
 Illa suos oculos, speculatoremque cylindrum
 Vertit, et extrema pro statione locat.
 Hic vbi Saturni regio finitur, Apollo
 Subiicit, VRANIE sunt tua Regna, vide!

Finiit,

nos hic numerum Planetarum ab Antiquitate haecenus
 receptum sequimur. In sensu stricto, hodie cum nouo
 Planeta numerantur Planetae primarii septem: secundarii,
 seu Satellites primariorum decem: quinque scilicet Saturni,
 quatuor Iouis, et vnus Telluris. *Venerem* Satellite vero,
 et reali deftitutam ostendit HELLIVS in Appendice Ephem-
 eridum Astron. Vindobonensium ad Annum 1766.

p) Quod de summo Deorum, Dearumque Rege *Virgilius*
 Aeneid. X. Annuit, et totum Natu tremefecit Olympum;
 sublimius antea *Homerus* expressit Iliad. I. prorsus ad
 rem meam.

q) Verosimile est, nouum Planetam, praeter aliorum Naturam,
 propria Luce, vti Fixas nitere. Videantur Ephemerides
 Astron. Vindob. ad Annum 1787. in Appendice.

R

Finiit, et subito compleuit lumine Terram:
 Nunquam illo maius lumen in orbe fuit.

* * * * *

Illa igitur Coeli metas, et Sidera signat,
 Obseruatque sui Solis vtramque domum.
 Quid Coelum, et toto laquearia caerulea Olympo?
 Quid Stellae, et vaga sint Sidera? nosse iuuat.
 Et modo Stellarum lapsus, modo computat ortus,
 Vnde labor Lunae? quidue Cometa notet?
 Circuit Arctophylax, remis propellitur Argo,
 Picta per arua tumens voluitur Eridanus.
 Indiuisa premit Mulier Cythereia Solem;
 Sanguineos Mauors flammeus vrget equos.
 Cur ego, ait, Domini circum praetoria Phoebi
 Non tero iam liquidas fida Ministra vias?
 Heu quanti errores! quanta ignorantia versat,
 Obnubitque tuum Terra, meumque caput!
 Quum mihi promissis habitare licebit in oris,
 Quam multa, o Superi! quantaue lucra feram (r).
 Quid

r) Si, quam Phoebus erat pollicitus, VRANIE obtineret Regionem; aut si fingamus Astronomum ex Tellure in hunc nouum Planetam translatum; cum Diameter orbitae VRANIAE decies octies superet Diametrum orbitae annuae Telluris;

Quid Solium immensum, et stellata Palatia Mundi?

Et quae sint Terris abdita Iura? scient.

Vnde

cumque orbita haec VRANIAE ambiat totum Systema planetarium: nonnulla consequerentur, quae Astronomi ex Tellure definire nequeunt. HELLIVS sciendi cupidus, quam ratione, et proportione ceteri Planetæ, eorumque orbitae Systematis nostri planetarii Astronomo in VRANIA constituto optice adpareret? subductis Calculis, sequentia se reperisse scribit: I. *Solis* Diametrum ex VRANIA spectatam non maiorem adparere, quam sub angulo 1 Minuti, et 40 Secund.; cum tamen eadem Diameter ex Tellure (dum Soli proxima est) sub angulo 32 Minut. et 38 Sec. spectetur. Iam vel inde colligitur, quam debili luce Planeta VRANIAE a Sole collustratur. Ea certe non sufficit, ut VRANIAM nobis Terricolis sub exigua Diametro 3 circiter Sec. adparentem, sub ea intensiore Lucis, qua videtur, visibilis reddatur; adeoque maxime verosimile est: VRANIAM Luce, non a Sole accepta, sed propria gaudere. II. *Tellurem* nostram ex VRANIA spectatam non maiorem videri, quam sub angulo 1 Secundi Circuli, adeoque spectata simul debilitate Lucis, *Tellurem* ex VRANIA libero oculo vix visibilem fore; pari modo *Venerem*, quæ et remotior ab VRANIA, et Diametro paulo minore *Telluris* prædita est, fore invisibilem. *Mercurium* multo magis futurum invisibilem tum ratione distantiae maioris ab VRANIA, quam sit distantia *Telluris*, tum ob Diametrum $\frac{3}{5}$ minorum Diametro *Telluris*: *Martem* denique (et si is in

Vnde Cometarum Motus, Vis, Orbita, Turbae?

Quid Coma sit? Reditus Tempora quanta? scient.

Quod

Coniunctione inferiore vicinior fiat VRANIAE, quam Tellus) ob Diametrum tamen $\frac{2}{5}$ minorem Diametro Telluris, pariter non videndum fore ex VRANIA. Superfunt ergo *Iupiter*, et *Saturnus*, quorum prior, dum maxime vicinus fit VRANIAE, sub angulo 15 Secund. posterior autem sub angulo 20 Sec. paulo minore, quam ex Tellure, visibiles forent; sed hae causae inuisibilitatis spectant tantum vim, et aciem oculorum, quibus nos Terricolae praediti sumus. Quid si oculi Incolarum VRANIAE iis gaudent proprietatibus, ut objecta centies et auctiora, et lucidiora exhibeant? tum certe non solum Planetae, sed et Satellites *Iouis*, et cum primis *Saturni* distincte videri poterunt. III. Diametri orbitarum Planetarum (si illi in media Distantia accipiantur) ex VRANIA sub sequentibus angulis spectarentur. Diameter orbitae *Mercurii* sub angulo 2 Grad. 20 Min. *Veneris* 4 Grad. 22 Min. *Telluris* 6 Grad. *Martis* 9 Grad. 10 Min. *Iouis* 30 Grad. 38 Min. *Saturni* 53 Grad. 20 Min. Cel. BONIVS in suo opusculo, *von dem neu entdeckten Planeten* hanc quoque causam inuisibilitatis Planetarum *Mercurii*, *Veneris*, *Telluris*, et *Martis* ex VRANIA spectatorum addit, quod in suis maximis digressionibus a Sole ob Solis vicinitatem per Radios Solis inuisibiles redantur, eo, quod *Mercurius* a Sole digrediatur solum 1 Grad. *Venus* 2 Grad. *Terra* 3 Grad. *Mars* 5 Grad. circiter; at haec inuisibilitatis causa, quae tantum in nostra Tellure

locum

Quod Spatium Solem, et sublimia separet Astra,
Quanta Parallaxis sit tua Phoebe? dabo.

Sic

locum habet, in VRANIA ratione caret, quia Lux Solis sub Diametro 1 Min. et 40 Secund. adparentis, admodum debilis, Lucem Planetarum extinguere non valeret, modo Diametri Planetarum ex VRANIA sub maioribus angulis, quam illis, quos supra vidimus, spectarentur. Emolumenta autem praecipua, quae VRANIE in nouo Planeta residens consequeretur, haec potissimum forent. I. Cometarum Vias, Motus, Figuras, Reditus, Proprietates, Naturas in tanta eorum vicinitate, multo certius, quam ex Parnasso terrestri liceret definire, determinare, describere. Imo Cometarum Numerum, haecenus cognitorum, posset in Catalogo augere Cometis illis, qui ex Tellure, seu propter nimiam Distantiam, seu propter diurnos Solis Radios sunt inuisibiles. II. Cum Diameter orbitae noui Planetae Diametrum orbitae Telluris Motus annui superet octies decies, ex hoc nouo Planeta *Parallaxis Solis* respectu Fixarum, hoc est, Distantia Solis a fixis, saltem a *Sirio*, qui nostro Soli proximus putatur, facilius definiretur; in quam Astronomi per Diametrum orbitae annuae Telluris conatu adhuc omnino frustraneo inquisierunt. — Haec Emolumenta consequeretur VRANIE, si eius organum Visus simile nostro supponamus; quid si autem illud sit longe perfectius? — Quid si oculi Incolarum VRANIAE simili gaudeant vi, et acie (tum causa organi visus, tum causa lucis proportionatae, tum causa Atmosphaerae purissimae etc.) obiecta

remo-

Sic illa ad superos suspirat abire Penates,
Nullaque prae Coelo non onerosa mora est.

* * * * *

Parua mora est mea Musa! venit *Cyllenius*: ille

Iam venit, et Phoebos talia verba refert:

VRANVS VRANIAM coelestia scandere Regna

Iussit, et aeterni sumere Iura Throni (s).

Vertitur

remotissima repraesentandi, quam habent Tubi *Herschelliani* primae saltem Inventionis? Quenam autem Emolumenta Astronomica consequeretur Astronomus eiusmodi oculis instructus in VRANIA Planeta Stationem habens? haec Astronomis cogitanda, et meditanda relinquo.

- 3) HELLIVS, qui Regna coelestia multo propius, quam ego, inspexit, imo quae ille incolit, ego duntaxat eminus aspicio, haec fuisse verba Mercurii ad Phoebum, seu Apollinem testis est, quae ego fideliter reddo; Audi:

Vranus VRANIAM coelestia sumere Sceptra

Iussit, et aethereum scandere Iure Thronum.

Iussit, et aethereum Munus habere nouum. (1)

Iussit, et aethereum Corpus adire vagum. (2)

Iussit, et aethereum Voce notare Locam. (3)

Iussit, et aethereum Lege mouere Globum. (4)

Iussit, et aethereum Luce beare Polum. (5)

Iussit, et aethereum conciliare Sonum. (6)

Iussit, et aethereum Pace tenere Forum. (7)

Iussit, et aethereum condecorare Chorum. (8)

Tubet

Vertitur interea Coelum: Sol Signa peregit
 Annuā, Concilium poscit, et Astra vocat.

Con-

Iubet nempe *Vranus*, Filiam suam *VRANIAM*, Astro-
 nomiae in Monte Parnallo deditam inter Deos, Daasque
 planetarias referri; eique (1) Thronum, et nouum Munus
 coeleste tradi; vult etiam (2), vt Corpus, seu Planetam
 nouum adeat, eumque (3) suo Nomine *VRANIE* insigniat;
 Lege (4) Kepleriana, et Newtoniana, omnibus Planetis
 communi, suis nouum Planetam in motibus contineat. Luce
 (5) verosimiliter propria partem supremam Systematis pla-
 netarii collustret. Musicam (6) Planetarum, seu Harmoniam
 a *Pythagora*, *Platone*, *Cicerone*, *Keplero*, et recentioribus
 Astronomis agnitam, et demonstratam compleat: vti reipsa
 complet, cum distantia eius a Sole sit ad distantiam Saturni
 a Sole vt 2. : 1. seu dupla, quae ratio *Soni* est, qui in
 Musica vocatur *Oktava*, seu Diapason. Vult (7) vt pertur-
 bationes Planetarum, ex Legibus Attractionis ortas, suo
 corpore, et motu regulares, et pacificas reddat; denique
 vult (8) vt Chorum planetarium Datibus suis, castae Virgini
 propriis condecoret etc. Ita *HELLIVS*.

Paucis valde multa hic dicta sunt. Vnum porro conti-
 nuare est mihi multo iucundissimum. Non est vana Veterum
 sententia: *Musica* quamdam, seu *Harmoniam*, et *Con-*
centum esse inter Planetas, ac inde *Musica* ad Terras
 descendisse, priusque, quam inter Homines *Rhythmus*, ac
Poesis obtinuit, fuisse. *Pythagoras*, atque eum secuti (ait
 Quintil, Lib. I. Cap. 8.) acceptam sine dubio antiquitas

epi-

Conuenere citi, quotquot potuere, Planetæ;
Defuit ex illo Terra vocata Choro (t).

Hic

opinionem vulgauerunt: Mundum ipsum ea ratione esse compositum, quem postea Lyra sit imitata. „ Quid hic (inquit Scipio apud Ciceronem in suo somnio) et quis est, qui complet aures meas tantus, et tam dulcis sonus? hic est (respondet Africanus) qui intervallis coniunctis imparibus, sed tamen pro rata portione distinctis, impulsu, et motu ipsorum orbium conficitur, qui acuta cum grauibus temperans varios aequaliter Concentus efficit. Nec enim silentio tanti motus incitari possunt, et Natura fert, vt extrema ex altera parte grauius, ex altera autem acute sonent etc.“ Ideo *Plato* in Republica sua (Lib. X.) cum de Sphaerarum coelestium volubilitate tractaret, singulas ait *Sirenes* singulis orbibus insidere, docetque Sphaerarum motu Cantum Numinibus exhiberi. Est autem *Sirex* apud Graecos Dea canens, quas alio nomine Musas, siue *Cantoenas*, *Canenas* a canendo dicimus; ita *Macrobius*. — Theologi quoque nouem Musas octo Sphaerarum Musicos Cantus, et vnâ pro Concentu, qui consistit ex omnibus, esse voluere. Vnde *Hesiodus* in Theogonia sua Octauam Musam *VRANIAM* vocat, quia post septem vagas Sphaera stellifera superposita est. Dux, et Princeps orbium est Sol, vt ipse *Cicero* refert, et Moderator Luminum reliquorum, Mens Mundi, et Temperatio. Nostri Astronomi de hoc Musico Planetarum Concentu non dubitant; ego, quod *VRANIS*, seu nouus Planeta perfecta compleat illam Harmoniam coelestem, prorsus certum habeo.

Hic Sol VRANIAM decernit ad Astra ferendam,

Et Regio, quae sit circumeunda, docet.

Rara Planetarum Coniunctio! mira Voluntas!

Cui similis (dicant Sæcula) nulla fuit.

Adsensere suo praesentia Sidera Phoebo;

Vna est Saturni vox inimica: vetat.

Nempe mihi summum modo Femina tollat honorem?

Grandaeuumque habeat sub pede Virgo Caput (u).

Frustra igitur Comites, et frustra sit Annulus ille,

Quem mihi, non aliis Solque, Paterque dedit (x)?

Heu

t) Non est sine causis peculiaribus, quod Tellus ad hoc Concilium inuitata, et illo etiam iure, quod aliis Planetis conuenit, instructa non comparuerit; sed haec relinquuntur cogitantibus.

u) Saturnus inter Planetas, vt notum est, in Systemate planetario, supremum hucusque locum obtinebat; nunc si Femina Viro (etsi Soror sit) praefertatur, quae suo ambitu grandaeuum coerceat, et continuo quasi calce premat, dignitatem, honoremque suum perdi dolet, et indignatur.

x) Significat ea de causa se quinque Satellitibus esse stipatum, et mirabili illo Annulo, qui nulli Planetarum est concessus, per speciale priuilegium ornatum, vt extremas Systematis planetarii Regiones non tantum cum dignitate possideat, sed etiam viribus, et potentia contra incursas Hostium (Cometarum scilicet) tueatur. Quid hic, et ultra Virgo sola, et imbecillis?

Heu quantas dabit illa vices, parietque tumultus (γ)?

Inquit; et est aliquis, qui sua damna velit?

Inde Satellitium, quo cingitur, vrget in iras,

Sollicitatque Iouem, sidereosque Deos.

Nulla fuit toto turbatio maior Olympo,

Saepe licet Bellum Sidera laesa gerant.

* * * * * *

Ecce autem Interpres Dium, de Monte bicorni

VRANIAM laetus Sidera ad alta vocat.

Atque vbi Saturni magnus concluditur Orbis,

Hic illi certum nunciat esse Locum.

Quid-

γ) Ingentes nimirum Turbas dabit in Coelo formosa Virgo, si in extimis Planetarum Regionibus sola constituat, et Procia innumeris sub variis Cometarum Formis vltra nostrum Systema vagantibus exponatur. Verendum est, ne Cometae Virginis elegantia incitati non solum VRANIAM imbecillem ambient, impetantque, sed in Coelum etiam planetarium maiori numero incurrant: meminisset Phoebus, quanta iam mala Cometae fecerint? Nonnulli enim eo audaciae sunt progressi, vt contemptis nostris viribus, Regiones Planetarum incurfauerint, et ad intimam Solis Regiam, propriumque Cubile pertingere conati sint etc. *Hic est Campus, in quo possunt Poetae, Aftronomiae gnari, suis Cogitationibus exspatiari.*

Quidquid erat mortale, Deus Caducifer arcer,
 Optima pars tantum restitit: illa Dea est.
 Sextantem in Terris, tua munera Phoebæ, reliquit,
 Quo nihil in Terris charius esse potest (z).
 Hunc tamen ante suis fulgentem vidimus Astris,
 Quam potuit faciem prodere Diua suam.
 Dixit: Io! plausumque dedit Parnassia Turba,
 Felix VRANIE! perge! capeffe Polum!
 Utque facit Phœbus, Coelum, Pindamque tuere;
 Musa colat Terras, Sidera Diua regat (a).

Virga

z) Instrumento Astronomico, partem sextam Circuli comple-
 tente, quod *Sextantem* dicunt Astronomi, olim Apollo
 donauit VRANIAM in Parnasso coelestia dimetientem. Hunc
 subinde Phoebus (*Vrano* sic iubente) inter Astra retulit,
 Mortalibusque incognitus fuit vsque ad tempora Cel. *Hevelii*
 Astronomi Dantiscani, a quo circa Annum 1670, dum
 Catalogum Fixarum conderet, primum inter *Leonem*, et
Hydræ repertus, et obseruatus, atque subinde aeti inter
 ceteras Constellationes incisus cum Astronomis sub nomine
Sextans Vrantæ, communicatus est.

a) VRANIE dum Coelos adscendit, Musarum Chorum, et
 Parnassum nequaquam deseruit. In Coelo est Planeta, in
 Parnasso Musa: talia exempla sunt multa in Historia
 Deorum; ita Phoebus ipse in Parnasso est Apollo, in Coelo
 Sol. — Diana in Coelo Luna; in Tellure Montium Custos,
 Nemo.

Virga viam pandit, nubes talaria vincunt:
 Illa sibi Numen sentit inesse, volat.
 Phoebus ei vires tribuit, traxitque volentem,
 Aethra suis humeris, remigioque iuuat.
 Quid memorem laetos toto super axe triumphos?
 Accendit radios Phoebus vbique suos.
 In Choreas, gyrosque nouos abiere Planetæ,
 Non mansere suo Sidera fixa loco.
 Insolitam spargunt coelestia Corpora lucem,
 Laetanturque suas purius ire faces.
 Accelerant Gemini, Pollux cum Castore Fratres,
 Vicinaeque suae candida Vota ferunt (b).
 Andromede, nisi vinc̄ta foret, sua gaudia ferret,
 Basia, et amplexum laeta, frequensque daret.

Aestuat

Nemorumque Virgo, vt canit Horatius Lib. III. quin eadem
 Dea dicitur *Hecate*, seu *Proserpina* apud Inferos iuxta
 illud Demsteri: *Terret, lustrat, agit: Proserpina, Luna,*
Diana: Ima, Suprema, Feras: Sceptro, Fulgore, Sagitta;
 et ita de aliis Diis, Deabusque Coelum, Terram, et Ere-
 bum incolentibus Mythologia docet.

b) Nouns iste Planeta ab *Herschelio* detectus est prope Con-
 stellationem Geminorum, et quidem inter pedes eorum, et
 Cornua Tauri, vbi die 13. et sequentibus Martii 1785
 versabatur.

Aestuât Alcides conspecta Virgine; at illa:
Non Iole, non sum Deianira, refert (c).

* * * * *

Sed dolet, et multas surgit Saturnus in iras,
Germanaëque parat tristia Bella suae.
Saturni mores, mentemque, animumque superbum,
Invidia, et feritas, barbariesque tenet.
Arma Satellitibus, nunquam tractata, ministrat,
Saenit; et in pugnam Curia tota fremit.
Sidera, si possent concurrere, cuncta iuberet,
Armaretque duos in fera Bella Polos.
Frustra petit rigidi fatalia spicula Martis;
Iupiter oranti tela trifulca negat.
Sed fatis ad Bellum Saturnia Turba gerendum est;
Arma, animos, vires, Duxque, Cohorsque perit.

Quid

c) Anachronismum ille mihi obiiciat, qui dicere audeat, se nosse certam Mythologiae seriem, consensum, et Rerum omnium in ea narratarum Chronologiam. Mythologia nec sibi constat, nec semper cohaeret. Ideo ego Historiam institui dare Poeticam,

* * * * * * * * *

Quid faciat Virgo? quas se conuertat in oras?
 Hostem habet in solis sola relicta plagis.
 Optat in extremos fugitiua faceffere Coelos,
 Quamlibet extremis sit Draco, et Vrfa Polis.
 In cursu, latebrisque Salus: curritque, latetque,
 Et cohibet radios victa timore suos.
 Credibile est, texisse caput ferrugine tristi,
 Utque Hyadum mos est, immaduiffe genis.
 Saepe illam Oebalii, fidissima Sidera, Fratres,
 Saepe suis facibus Libra, Caperque tegunt.
 Explicat Erigone stellis pendentibus alas,
 Herculeus flammis spargit ab ore Leo.
 Opposuit Taurus sua cornua, spicula Chiron,
 Et quae sidereus brachia Cancer habet.
 Maxima candenti fiducia restat in Orbe,
 Hic later, et latebras plurima Stella facit (d).

Hanc

d) Astronomi nominant *Viam Lacteam*, de qua Manilius
 Astronomicon Lib. I.

— — — — —
 Lacteus Orbis

Dicitur, et Nomen Causa descendit ab ipsa.

An maior densa Stellarum turba Corona

Contexit Flammas, et crasso Lumine candet,

Et Fulgore nitet collato elatior orbis?

Hanc vnam a Stellis potuit sperare Salutem,
 Fixa putabatur Stella, Planeta fuit (e).

* * * * *

Quis tandem e latebris extremi a margine Coeli
 Protrahet? aut quando se Senis ira dabit?
 SEXTANTEM VRANIAE non vno Sidere clarum
 Terrigenae in Coelis, Coelicolaeque vident.
 At vetus VRANIE superetne, vel occubet umbris?
 Res est Astronomis abdita, scire nefas.
 Scire nefas, an Dii, vel Secula plura domare
 Falcigeri possint ferrea corda Senis?
 Sed domita est tandem feritas annosa, licetque
 VRANIAE cursu liberiore frui.
 Quam neque Dii poterant, neque tot iam Secula pacem,
 Et Lucem VRANIAE reddidit HERSCHELIVS (f).

Ille

e) Semper erat Planeta, sed quia motus eius valde lentus est, et lucem habet Fixis similem; magnitudine autem est, quae Stellas sextae, vel septimae Classis non excedit, putabatur Fixa.

f) GUILIELMVS HERSCHELIVS Patria Hannoveranus, primum Miles, deinde Musicus, cum in Anglia novae occupationis causa Telescopiis Newtonianis conficiendis operam daret, Rari et patientia, et dexteritate eo perduxit, ut Spem suam

Ille dedit nobis oculos; et Sidera quo sint
 Astronomis iam nunc proximiora, facit.
 Is quoque, quae quondam perierunt, Astra reducet,
 Et noua, quae nunquam visa fuere, dabit.
 Fallor, an excubias nata est? fortasse Satelles
 Errat, et excubias vnus et alter agit (g).
 Inuideatne

Iam superaret. Cum enim antea ex Officiis vix vnquam Instrumentum prodiret, quod obiecta vltra 400. amplificaret, ille vltra progressus eiusmodi Telescopia composuit, quae 2000 et 2000 auferent. In Transactionibus Philos. Angl. ad Annum 1782. mentio fit de Augmento 6000, cuius Calculum pro Telescopio Newtoniano septem pedum subiecit. Incredibilem hanc perfectionem iam modo ad gradum multo maiorem perduxit; vt enim in Transactionibus nouissimis legitur, confecit Tubos, qui decies, aut duodecies millies auferent obiecta coelestia. Iam nunc ab HERSCHELIO supra trecentas Stellas nebulosas nouas, telescopicas autem supra quatuor millia per alios Tubos fere invisibiles detectas habemus, et quod stupendum, Stellas primae, secundae, et tertiae magnitudinis, quae simpliciter per Tubos ordinarios adparent, ille suis Tubis his & duobus, tribusue Fixis optice compositas conspicit.

(g) De duobus etiam Satellitibus (Eunuchis ab VRANO Patre, vel Phoebo Magistro datus VIRGINI VRANIANAE, aut sponte assumptos dicit aliquis) ab HERSCHELIO detectas. Famam fecerant Ephemerides politicae. An autem sunt reapse Satellites VRANIAE?

Inuideatne aliis? vel bella timendo laboret?

Forte etiam propria luce nitere potest. —

* * * *
* * * * *

Nomen adhuc deerat; sed Nomen prodidit idem,
Qui dedit VRANIAE lucida regna Deus.

Regia Solis habet Factos Hominumque, Deumque;
Regia mortali non adeunda p̄gde.

Nosco nouam, veteremque Deam, Nomenque recōdor;
Aut hoc, aut nullum Nomen habere cupit.

HELLIVS hoc Nomen de Coelo accepit (*h*), et illam
Historiae Signo conueniente notat (*i*).

Aptius

h) Postquam deposita Cometae idea, quae plus Anno Astronomos, Geometrasque vexabat, Sidus hoc nouum agnatum est, et pro vero Planeta declaratum, de apto etiam Namine, et Signo huic Planetæ tribuendō cogitatum est. — HENSCHELIVS, beneficiorum a Rege Angliae acceptorum memor, et quod Sidus hoc in Angliae Vrbecula *Bathæ*, seu *Aquis Solis* ab ipso detectum sit, Planetam adpellauit *Sidus Georgium*. Gallorum alii cum Cel. de la LANDE Nomen ei tribuunt *Herchel*, Inuentoris scilicet; alii cum Cel. POINSINET *Cybele*; Sueciae Astronomus Cel. PROSPERIN dici vult *Neptunum*; Cel. BOBIVS Borussiae Astronomus *Vranum*; HELLIVS *Vraniam*. Vide *Litem Astronomorum de Nomine* in Appendice Ephemer. Astron. Vindobon. ad

Aptius hoc Signo nihil est, nil certius illo
 Nomine: nil ista verius Historia.

Iam

Annum 1787. Ego Litem non ingredior, certum enim est mihi, Planetam nouum esse VRANIAM, id est COELESTEM; ideo nunquam compellabitur a me alio nomine. Ceterum Argumenta HELLII sola Authoritas (si ea inter Afronomos Locum habere possit) opprimere, non autem Ratio euertere poterit. Quodnam autem Nomen ex recensitis reipsa apud posteros consecutus est Nouus Planeta? Vsus communis aut omnium, aut potiorum Afronomorum, imo et Postarum, atque Pictorum definit.

- i) Notum est, omnibus Planetis suum esse Signum, quod seu Characterem, seu Hieroglyphum, seu alio Titulo Latino, aut Graeco dicas, idem est. Iam etiam nouus Planeta Signo quodam afronomico notandus erat. Signum apud Gallos, quod in suis Ephem. Afron. *Connoissance des Temps* produxerunt, est litera H, cui inferne Circellus appenditur; prima scilicet litera Nominis HERSCHEL cum Circello, Signo ceteris Planetis communi. Hieroglyphon a Cel. BODE in suis Ephem. Afron. adoptatum, est Signum *Martis* situ erecto, et puncto, quasi centro Circuli notatum. HELLIVS optime, ex Natura, et Historia, Fatisque noui huius Sideris, et Nomini VRANIE ab ipso tributo conuenientissimum proponit in suis Ephem. Afron. ad Annum 1787 Circellum Stella signatum, et significat: hoc Astrum, quod modo compertum est, et esse *Planetam*, et fuisse aliquando inter *Stellas fixas*, a FLAMSTEDIO scilicet, et MAYERO nume-

Iam salve VRANIE! et si te mortalia tangunt
Vota, mihi posthac, Astronomisque faue!

II.

numeratum. Nota Stellae hoc etiam Nomine nouo Planetae congruit, quod putetur suo lumine proprio lucere, estque praeterea Stella Signum VRANIAE Musae proprium, quae Stella in fronte, aut pectore signata est, et paludamento Stellis ornato, manu Sphaeram coelestem, id est stelliferam gestans pingitur. Cel. BODII Signum est sine causa, et significatione astronomica. Chemici ad sua Metalla, quae olim septem habuerunt, hoc autem Seculo circa Annum 1750 octauum etiam *Platinum* dictum, reppererunt, designanda, Characteres acceperunt ab Astronomis, et sicut isti Solém, Lunam, aliosque Planetas, ita illi habita Metallum Ratione, et Analogia ad Planetam sua Metalla notauerunt. Cel. BODII *Kochleri* Chemici excogitatum Signum pro *Platina*, ad nouum Planetam, quem VRANVM adpellat, transtulit; quod tamen Signum ne *Platinae* quidem conuenire noscitur: videtur enim existimare *Kochlerus* *Platinum* esse Metallum ex Auro, et Ferro conflatum; cum tamen *Platina* distinctum sit omnino a ceteris omnibus Metallum: HELLIVS longe optime octauum, et nouum Metallum *Platinum* notandum proposuit VRANIAE octaui, et noui Planetae proprietatibus cum *Platina* congruis, et analogis; vti legere est in Appendice Ephemeridum Astronom. Vindobonensium ad Annum, 1787.

II.

ELEGIA
EPIDICTICA

Q V O D

*VRANIA sit primogenita VRANI Filia**seu**Astronomia primo Homini coaeva.*

(a)

VRANE! qui Terram, et Mundum complecteris omnem,
Imperioque regis Sidera cuncta tuo.

Te nihil est maius, nihil est antiquius; in te
Sunt ea, quae de te scire Poeta cupit.

Huc ades! et primo quae sit tibi prodita partu
Proles? in plenam fer Pater almae diem.

Haec

-
- a) Liceat mihi hic cum Seneca Tragico animum expandere:
O! quam iurabat, quo nihil maius parens
Natura genuit, Operis immensi artifex,
Coelum intueri; Solis et currus sacros,
Mundique motus; Solis alternas vices,
Orbemque Phoebes, Astra quem cingunt vaga.
Lateque fulgens Aetheris magni decus!

Haec fuerant mea vota, nouum dum canto Planetam,
Et struo dilectae Virginis Historiam.

VRANVS expandit faciem, vocemque per auras

Edidit: VRANIE Filia Prima fuit.

Vidimus VRANIAM Coelo prodire sereno,

Moseosque mihi significare Libros (b).

Hos

b) Hoc ex indicio intellexit Poeta, Libros Mosis esse meditatius legendos. Mosem Astronomiae peritissimum multis laudibus extollit Philo in Libro de vita eius, aliique, vti Clemens Alexandrinus etc. Imo ipsa etiam sacra Scriptura Actor. VII. testatur eum, omni Aegyptiorum sapientia eruditum fuisse; erant autem Aegyptii Astronomia; quam ab Abrahamo acceperunt, instructi, beneque periti. De Abrahamo Patriarcha, et Astronomo ita narrat Flavius Iosephus in Historia Antiquitatum Iudaicarum Cap. VIII. — „Fame
„ dein Chananaeam terram intradente, Abrahamus audita
„ Aegypti vbertate proficisci illuc decrenit, tum vt copiis
„ eorum frueretur, tum vt sententiam Sacerdotum de diuinitate cognosceret, aut secuturus illorum opinionem, si
„ modo melior esset, aut ipse rectiora eis commonstraturus.
„ — Rex territus (ob Saram Abrahamo ablatam) primum
„ sciscitatur, quanam sit? quisue eius comes? cognita
„ dein rei veritate, affinitatem contrahere, non iniuriam
„ inferre voluisse: donatoque (Abrahamo) magna pecunia
„ potestatem fecit, congregandi cum praestantissimb quo-
„ que Aegyptiorum, ac doctissimo; quo factum est, vt
„ vir-

Hos ego confestim refero, primumque videre.

Nunc videor, Mentem quod latet ante meam.
Seu fuit VRANIE, seu Sol, siue VRANVS ipse,

Qui mihi dat Lucem: Lux ea summa fuit.

Illam Libro adfulsit; tenebras inde illa remouit;

Illam meae Menti sensum, oculosque dedit.

Principium in *Genesi* facio, relogoque quod ante

Saepe: sed in tanta nunquam ego Lucis lego.

Primus

„ virtutis nomine in maximam exifimationem veniret; nam
 „ cum ea gens in diuerfos ritus, et opiniones scinderetur,
 „ et per mutuum contemptum, atque infectationem infensis
 „ inter se animis agerent, collisos inter se de Religione
 „ sermones, et a se ipsis confutatos, vanissimos esse, nihil
 „ que prorsus veritatis habere declarauit (communicando
 „ scilicet illis Historiam chronologicam, et Adamo reuelatum
 „ cultum Dei; ab hoc porro ad se vsque continua serie pro-
 „ ductum.) „ Ob has dissertationes (prosequitur *Iosephus*
 „ *Flavius*) in pretio habitus, vt qui magnam tam intelli-
 „ gendi, quam eloquendi, docendique facultatem prae se
 „ ferret, et numerorum scientiam, et siderum benignè
 „ illis communicauit. Nam ante Abrahami ad se aduentum
 „ Aegyptii rudes erant huiusmodi disciplinarum, quae a
 „ Chaldaeis ad Aegyptios profectae, hinc ad Graecos
 „ tandem peruenerunt. “

Primus Homo, exclamo! dictu mirabile; certe
Et primus fuit, et maximus Astronomus (c).

Tunc

c) *Adamum* primum hominem, ducem, et patrem nostri Generis, fuisse primum Astronomum, ita mihi manifestum, ac certum est, ut censeam me dubitare non posse sine scelere. Potuistine non identidem oculos in coelum tollere mirabili varietate distinctum, et sideribus exornatum? imo nonne debuit obtemperare naturae non tam inuitanti ad Spectaculum, quam violente cogenti hominem sanissima mente, sensibusque perfectissimis, et sapientia incredibili diuinitus imbutum? *Dixit autem Deus* (Genes. 1 a vers. 14) *fiant Luminaria in firmamento Coeli, et diuidant diem, ac noctem, et sint in Signa, et tempora et annos. — Fecitque Deus duo Luminaria magna, luminare maius, ut praecesset diei, et luminare minus, ut praecesset nocti, et stellas, et posuit eas in firmamento Coeli, ut lucerent super terram et praecessent diei ac nocti, et diuiderent lucem ac tenebras.* Vnde arguo, Astronomiam primo homini esse coaevam. Confirmat argumentum natura Mentis nostrae, et figura corporis humani, de qua sic *Ouidius Lib. I. Metam.* *Pronaque cum spectent animalia caetera terram, Os homini sublime dedit, coelumque tueri Iussit, et erectos ad Sidera tollere vultus, Vidit Adam Coeli Sidera, obseruauit Solem, et Lunam, adnotauit Cursum, numerauit Reditus, diffinxit Tempora, definiuit Menses, et Annos, Artemque suam, et obseruationes Filiis, Nepotibusque tradidit. — Profecto nisi dicamus,*

Tunc ego non aliter plausi, quam qui *Ευρηκα* dixit:
Ευρηκα: quod volui noscere, nosse datum est (d).

Iam

mus, firmumque teneamus ab ipso Adamo statutos, fixosque fuisse Menses, et Annos, certamque Chronotaxin Posteris traditam, non potuit *Moses* enumerare Annos Adami, ceterorumque Patriarcharum serie continua a primo illo Genitore descendentium. — Ait autem *Moses* Gen. V. *Vixit Adam 150 Annis, et genuit Filium ad imaginem, et similitudinem suam, vocavitque Nomen eius SETH.* — (Fuerunt autem iam ante *SETH* Adamo natae proles plures, uti *CAIN*, *ABEL* etc.) *et facti sunt dies Adam, postquam genuit SETH, 800 Anni, genuitque Filios, et Filias. Et factum est omne Tempus, quod vixit Adam, Anni 930, et mortuus est.* Atque ita porro loquendo profequitur Genealogiam Hominum primorum, continuatque Chronologiam Patriarcharum vsque ad *Noemum*, et dein ad *Abrahamum* vsque, atque *Isaacum*, et *Iacobum*. — Quis autem numeravit hos vitae Adami Annos? quis inquam, nisi ille idem, cum nemo ante illum fuerit, qui Mensuram Anni, et Chronologiae principium facere potuisset, eiusque vitae annos numerare. — Si autem idem ipse Adamus suos vitae annos numerare debuit, necesse est illum habuisse Mensuram Mensis, et Anni: quae certe non aliunde, quam ex Revolutione Solis, et Lunae potuit existerè. Cum igitur Mensuram Annorum suorum confecerit ex Motu Solis, et Lunae, hunc necessario observare debuit, et revolutiones horum siderum determinare: quod est certe laboris summe

astro-

Iam tunc VRANIAM dixi primam esse SORORUM.

VRANIA est fumi Filia prima Dei (e).

Sed

astronomici. Nam hodie quoque id agunt fumi Astronomi, ut Solis, et Lunae, et ceterorum Planetarum Motum accuratissime obseruent, et Circuitus horum Corporum coelestium summa cum praecisione determinent. Manifestum ergo est, Adamum necessario fuisse primum Astronomum.

Adamum autem non solum fuisse primum, sed et maximum Astronomum, inde conficitur, quod cum vixerit Annos 930, necessario obseruare, et scire debuerit. I. Annos *intercalares*, quos nos *bisextos* adpellamus; scilicet post singulos *terres* Annos dierum 365 addendam, quarto quouis Anno diem unam, quartaeque quouis Annus fieri debere dierum 366 esse modo, quo Iulius Caesar reformatam suam Calendarium, quod nunc *Iulianum* dicimus; nam in annis 930 vitae Adami reperiuntur dies intercalares 232, quos Adamus in Motu Solis, necessario videre, et obseruare debuit. — II. Adamus iam scire debuit *Cyclum Lunarem* 19 Annorum, seu *Saros*, quibus Eclipses Solis, et Lunae, quas Adamus vidit, et obseruauit praecedentem, et eodem modo ad eandem Diem Anni redeunt: quia huiusmodi *Cycli*, seu *Sari* in Annis Vitae Adami 930 continentur 49, quibus quadrages nonas Adamus vidit eandem Eclipses Solis, et Lunae redire ad eandem Diem Anni. — III. Adamus scire, et obseruare debuit, adparentem illum *Montem Vniuersi Coeli Stellati*, ab Occidente in Orientem respicentem *Puncti Aequinoctialis*, quem Motum suo *Praxifionem*

Aequi.

Sed Litem ecce nouam: Litem denunciat ille,
Qui strepit, et Litis bella forensis amat.

Huic

Aequinoctiorum dicimus; quia hic Motus adparens intra 72 Annos conficit Spatium unius Gradus, igitur intra Annos 930, quos Adamus vixit, confecit Spatium 13 Graduum, quibus *Puncta Aequinoctialia* recesserant, quod Spatium Motus Adamus in Coelo (causa *Aequinoctiorum*) videre debuit. — IV; Planetarum Revolutiones, relate ad *Stellas Fixas*, Adamus etiam necessario scire debuit. — Sic quia *Saturnus* currens suum intra 90 circiter annos absoluit; Adamus inter 930 vitae suae annos *Saturnum* 3ies ad eandem Stellam rediisse videre debuit. *Iouem*, cuius Reuolutio est fere annorum 12, videre debuit 77ies rediisse ad eandem Stellam. — *Martem*, cuius Reuolutio est fere 2 annorum, videre debuit 465es cum eadem Stella coniunctum, et sic de ceteris Astronomiae Phaenomenis, et Elementis, quae Adamus annis 930 viuendo, et Coelum obseruando ignorare profus non potuit. III —

Næque tibi hic in mentem venias dicere cum Authore Libri *Horus* dicti; Annos hos vitae Adami, et ceterorum Patriarcharum, qui numerum 600, 700, 800, et 900 annorum saperant, quos *Moses* in *Libro Genesi* enumerat, fuisse tantum totidem *Menfes Lunares*, nequiquam autem *Annos Solares*, proindeque Adamum vixisse tantum annos *Salares* 77 cum 6 *Menfibus*, non uero annos *Salares* 930. — Id si alicui admittenti cogent: primo Patriarchas Proles genuisse, dum aetatem infantilem duorum, trium, etc. an-

Huic ego, si sapiat, veteres ostendere Libros,

Incipiam; veteres mi neget esse Libros (f).

Hic

norum solarium vicebantur imo, quia hae Proles, quibus Successio in Patriarchatu collata erat, non omnes erant primogenitae (vt patet in *Can.*, et *Abel*, Filiis *Adami*, gentis ante *Sethum*) consequeretur, Patriarchas proles genuisses, dum ipsi aetatem vix annis, aut alterius Mensis attigissent. — Evolve *Genesis*, et Capite *XI*. Versu 24 leges: Vixit autem *Nachor* 29 annis, et genuit *Thare*. Si hi Anni sunt Menses Lunares, *Nachor* facta annorum solarium 2 et 5 Mensium Infant, dum *Thare* genuit: sic *Sale*, *Phaleg*, *Sarug* fuissent Infantes 2 annorum solarium, et 6 Mensium. — Quanta haec foret infantia id asserere? et tamen ex huiusmodi stultitia confarcinatus est totus Liber, *Horis* dictus, de cuius Authore paulo post.

Inuenit hic in mentem reuocare illa, quae *Iosephus Flavius* in sua *Historia Antiquitatum Iudaicarum* de longa hae Patriarcharum aetate scribit Cap. 3. ubi sic ait A, Nec est, cur aliquis praesentem vitam, annorumque eius paucitatem cum Praeceptorum rebus conferendo, idem nobis abroget, aut quia unum eam non potest prorogari, videat, coniecturam hinc de eorum Longaeuitate faciat. Hi enim Deo chari cum essent, ipsiusque seruis, etiam tum officium, et contumeliose vix ad diuinitatem vterentur, merito per se iam multos annos vivebant. — Praeterea tum propter studium Virtutis, tum propter utilitatem inuentarum Artium, vt *Alresbuiet*, ae

„ Geo.

Hic Pater Humani Generis quae Sidera Coelo?

Stentne? vel in varia sint regione? notat (g).

Ille

„ *Geometriae*, Deas illis potioribus largitus est vitam,
 „ quarum certitudinem adsequi non poterant, si minus 600
 „ annis vixissent; ex tot enim magnus annus constat,“ *De*
hoc magno Anno sexcentorum annorum solarium consule
Afronomiam Cel. de la Lanza Tom. I. pag. 612. Edi-
tionis primae.

„ Attestantur autem mihi omnes, qui graecas, barba-
 „ ricasque Antiquitates literis prodiderunt. Namque et
 „ *Manetho* Aegyptiarum Rerum Scriptor, et *Berosus* Chal-
 „ daicarum, adhaec *Mochus*, *Hesiasus*, *Hieronymus Ae-*
 „ *gyptius*, qui Phoenicum Res profecuti sunt, nobiscum
 „ consonant. *Hesiodus* quoque cum *Hecataeo*, *Hellanicus*,
 „ et *Acusilaus*, *Ephorus*, et *Nicolaus* narrant, Priscos
 „ illos ad mille annos vitam produxisse.“ En! quot testes
 „ a *Iosepho Flavio* citati, contra Authorem *Hori* asserentem,
 „ Annos, quos in *Genesis* legitur, esse tantum totidem
 „ Menses Lunares!

„ Illa quoque hic praetereunda non est *Chronotaxis*
 „ manifesta demonstrans *Adamum* necessario fuisse primum
 „ et maximum *Astronomum*, quam *Moses* enarrat *Gen. VII.*
 „ et *VIII.* de Annis, Mensibus, et Mensium Diebus *Diluvii*
 „ *Noëtilici*, „ quod centigis Anno post obitum *Adami* 720,
 „ quos Annos, Menses, et Dies certe nemo alius scire, et
 „ adnotare poterat, nisi ille idem *Noëmus*, qui tanquam
 „ fructus *Adam* post *Diluvium* adnotavit, et Posteris tra-
 „ didit.

Ille suo in cursu Solem, Lunamque recenset,
Temporaque in numerum digerit ille suum.

Ille

didit. — Lege Textum 11, et 12 Cap. VII. itemque Capituli VIII. Vers. 3. 4. 6. ac omnes alios a Versu 13 ad finem Capituli; lege, computa, et confer Data illa *Calendarii Noemiti* cum hodierno Calendario Iudaeorum, quod certe sua accurations non caret; confer, aio, et obstupesce accurations enumerationis Annorum, Mensium, et Dierum Mensium, quae iam tempore *Noemi*, id est, Annis post Mortem *Adami* 700 habebatur, Noemo a Posteris *Adami* tradita, et a Noemo conseruata, suisque Filiis, et Nepotibus communicata; et aude negare: *Adamum fuisse primum et maximum Astronomum!* a quo inchoata Astronomia, et Filiis suis, Nepotibusque (illis nempe, qui Nomine Patriarcharum veniunt) tradita, atque ab ipsis magis perfecta, continuata ad *Abrahamum* vsque per Annos 2000 perducta est; quia certum est, Patriarchas omnes, quos *Moses* in sua *Genesi* recenset, fuisse omnino Astronomos excellentissimos, et Arithmeticae, atque Geometriae peritissimos, vt supra ex *Iosepho Flavio* vidimus. Vtinam observationes haec Astronomicae, et Res Mathematicae, atque cetera inuenta horum Patriarcharum, ab *Abrahamo* Sacerdotibus Aegyptiis in Manuscriptis tradita, non interissent, et ad nos vsque peruenissent, atque a *Mose*, qui haec ab Aegyptiis habuit, perinde, vt *Genesis*, descripta, vulgataque fuissent!

Quisquid

Ille Dies, Mensesque suos, inde inchoat Annos,
Aetatesque Hominum, et Secula prima fruit (h).

Haec

Quisquis est ille, qui haec, et talia legit, et expendit; non potest non detestari, Infamiamne dicant, an Impietatem Autoris Libri, cui nomen *Horus*, sermone Teutonico confarcinati, et vulgati: Autorem nomino *Christianum Ernestum Wunsch* infestissimum hominum; qui cum Opus eximium a Cl. *Bailly* de Antiquitate Astronomiae conscriptum e Lingua Gallica in Germanicam transtulit. anno 1776, satis luculente praelusit ~~credibili~~ illi Ignorantiae, et Improbitali, quam deinde, octavo post anno, per suum illum *Horus* Lectoribus palam fecit, et stuporem indidit. Quid enim illud est, *Mosem* facere Sycophantam, Fabulatorem, et Deceptorem? Prophetas vero declarare Astrologos ignorantes, Vagatores, et Somniatores? Apocalypsim nihil aliud esse, quam stulta, et insana deliria Astrologorum a Ioanne Euangelista, harum rerum imperitissimo compilata? Iesum Christum fuisse purum hominem, histrionem, ludificatorem —? Horret animus, et renuit cetera meminisse. Ego mihi firmissime persuasum habeo, neminem eorum, qui Coelum considerant, et Astronomiae notitiam nonnullam habent, ita posse desipere, ut ita sentiat, et talia scribat. Si *Ioannem Keplerum*, Virum acris ingenii, et magnum Astronomum, vnum e multis, loquentem audiamus; confitetur in ea, quam de morte *Tychonis de Brahe* dedit ad *RVDOLPHVM II.* Caesarem, Elegia: VRANIAM, seu Astronomiam viam ostendere, ducereque certa cum luce ad

Reli-

Haec nisi signasset, Natisque dedisset Adamus (i),
Moses quae scripsit, scribere non potuit (k).

VRANE,

Religionem reuelatam, et Christianam: Mi quoque

Diua potens, inquit, propius perculsa dedit,

Ne tranciet mentem vana Superstitio.

Dulcia non poterat compescere Somnia Moses,

Suspicio magnos fecerat esse Deos.

Forte etiam magicas venissem promptus ad Artes,

Elliciens Orco, quod regere Astra putant.

Sed longior est sermo, quam vt hic continuari queat: re-
censetur a *Petro Ioanne Resenio* inter Inscriptiones Hafnien-
ses anno 1668 Hafniae editas.

- d) *Archimedes* Syracusius, Mathematicus celeberrimus, qui
cum in Balineo positus inuenisset solutionem famosi illius
Problematis, quod a Rege Syracusarum de Corona: *Quan-*
tum Auri, Argentique commixti haberet? propositum
fuit, vt erat in Thermis, exiit, clamauitque per Urbis
Vicos: "Ευρηκα, "Ευρηκα.

- e) VRANIE superat reliquas diuina Sorores.

Dicitur et sacri Gloria prima Chori.

Hanc coluere Patres prisci, Regesque potentes,

Qui propius mentis vi tetigere Deos.

Ita scripsit Astronomus celebris MAVRITIVS Landgravius
Hassiae 2 Aprilis 1598 *Cassellis* in sua Elegia ad *Tychonem*
de Brahe.

- f) Libros nempe Mosis, in quibus vera a Creatione Adam;
Historia ordine chronologico enarratur; suntque fundamentum
unicum totius Historiae profanae, et Chronologiae,

VRANE, qui cupido dixisti certa Poetae,
 Quae tibi pro certo munere dona feram?

Thura

g) Extra dubium est, I. *Adamum* Planetis, et Fixis primae saltem, secundae, et tertiae magnitudinis sua dedisse nomina, quibus inter sese discernentur, et Posteritati indicarentur: quod ipsum necessitas Doctrinae exigit. Hae enim fixae sunt Puncta illa immobilia, ad quae *Adamus Solis*, et *Lunae*, et Planetarum recursus, circuitusque necessario definire debuit. — II. Coelum quoque stellatum in configurationes, et Constellationes quasdam minores, ac particulares ordinasse, et suis Posteris reliquisse; quas *Abrahamus* haud dubie Sacerdotibus Aegyptiis communicaverit. — Astronomi hodie quoque in Catalogis Fixarum praeter Nomina Arabica ex Hebraeis translata, multa recensent Nomina Hebraica, Chaldaica, Syriaca Fixarum, et Constellationum, summam antiquitatem, et simplicitatem praefertentia, quae Hebraei, vel Iudaei a Patriarchis sine dubio acceperint, et Chaldaeis, Syris, Arabibusque consignarint. Haec Nomina antiquiora sunt Graecis, illis vocibus, quibus hodie utitur Astronomi; exempli causa nonnulla ex multis adduxisse iuuerit. — Constellatio, quam hodie graeco nomine dicimus *Cassiopea*, Hebraeis dicitur *Abenezzer*, id est *Lapis Auxilii*; Vrsa maior ab Hebraeis adpellatur *Afeh*, id est, *Cumulus Stellarum*, qui circumgyrat, nempe circa Polum Terrae; *Praesepe* in Cancro hebraice dicitur *Mellef*, id est, *Millesima*; Caput *Medusae* apud Hebraeos auditur *Roschische Lillip*, vel *Rosch Hallitith*, id est, Caput Mulieris

Thura tibi non reddo; sacrum non fundo cruorem;
Non Hominum Sanguis, non tibi Thura placent (L).

Quod

Mulieris *Lillis*, seu Caput *Euae*, primæ Mulieris *Adami*, quam Rabbini fabulantur ab *Adamo* repudiatam; *Capella* Hebraica est *Alhajot*, vel *Alhotot*, Caper, aut Capra etc. Multa huiusmodi Hebraica, Chaldaica, Syriaca, Arabica Nomina legi possunt in operosa recentē Collectione D. *Aneillon*, inserta *Ephemeredibus Astronom. Berolinensibus* ad Annum 1788.

- b) Si fas est negare *Adamum* fuisse primum Astronomum, licebit etiam inficiari, Numeros Annorum a *Mose* de *Adamo*, ceterisque Patriarchis recensitorum; tuto inquam adseretur, quod consequitur, Annos ab Adamo ad nos usque statutos a *Mose* esse confictos: quia si Adamus suos Vitæ Annos non ipse idem numeravit, nemo alius hos scire, numerareque potuit; nisi forte dicas, illos a Deo, peculiari quodam oraculo, *Mosi* fuisse reuelatos: quod nullus unquam euincet. Si, aio, Adamus non ipsemet numeravit Annos Vitæ suæ, necesse erit statuere, totam *Mosis* Chronotaxim esse Fabulam: quod non solum Libros sacros impie, et non sine maxima infania, stultitiaque evertit, sed Historiam quoque prof nam funditus destruit, et Fabulam facit, propterea, quod Principium Chronologiae Historiæ profanæ nullum omnino assignari possit, nisi prius demonstretur, et nominetur Homo ille, qui primus fuit Astronomus, Menses et Annos condens, per quos Numeri chronologici Annorum computentur. — Si vero

T

sa.

Quod tibi erit gratum, spargam tua Nomina: Musa
VRANIE, dicam, Filia prima tua est (m).

statuamus, vt firmissimo, maximoque cum Fundamento debemus, *Adamum* iam illico a sua creatione fuisse Astro-
nomum, hoc est: obseruasse cursum Solis, et Lunae, cete-
rorumque Planetarum, et eorum circuitus definiuisse, proinde
Menses, et Annos determinasse, salua est tota *Mosis*
Chronotaxis, saluum etiam totius Historiae, et Chronologiae
profanae Fundamentum.

- i) Superuacaneum est quaerere: Quomodo adnotauerit *Adamus*
suas obseruationes, Posterisque tradiderit? Modum aliquem
fuisse, tametsi rudiores, quam nostra sint signa, et chara-
cteres, facile, et vltro dederim: quae fuerint illius *Notae*,
Signa, aut *Hieroglyphae*? nihil ad rem. — Ceterum, potes-
ne in dubium vocari, quod primus Mundi incola *Adam*
tum ea, quam a Deo infusam accepit, Scientia, tum com-
paratis iterata contemplatione, et obseruatione coeli notio-
nibus vsus, Astronomiae disciplinam posteris tradiderit, ac
repetitis sermonibus explanauerit? — *Iosephus Flavius*
Antiq. Iudaic. Lib. I. Cap. 3. memorat; Filios *Seth*, nepotes
Adae, postquam intellexerunt ex vaticiniis *Adami*, Terram
vniuersam primum *Diluuiio*, deinde *Incendio* subigendam, duas
excitasse Columnas, *Lapideam* alteram, alteram *Lateritiam*
eo consilio, vt lapidea aquae, lateritia vero igni superflua
foret, eisque Mathematica sua, praesertim siderum, coele-
stiumque rerum notitiam ab *Adamo* traditam signis hiero-
glyphicis inscripsisse, et illam, quae lapidea fuit, suo
adhus

adhuc aëno in Terra *Syritide* incolumem stetit. — *Briëtius* Chronologus erectionem duarum harum Columnarum refert ad Annum ab *Adamo* creato numeratum 1001, qui ab obitu eius fuit 71mus, *Setho* Filio *Adami* viuente, et annum ætatis agente 871, qui cum *Adamo* vixit annis 800, et demum anno a creato *Adamo* 1042 mortuus est. — Hæc, aut alia ratione in Gente Patriarcharum custoditam Astronomiam, et crebris Posterorum *Adami* obseruationibus, et inuentis auctant, *Abrahamus* in Terram *Chanaan*, tum in *Aegyptum* detulit, et horum Sacerdotibus communicauit. — Erat autem *Abrahamus*, ait *Berosus* Scriptor antiquissimus, post Diluuium decima ætate apud Chaldaeos quidam iustitiæ cultor, vir magnus, et coelestium rerum peritus. — Porro eundem *Abrahamum* ob praeclara Astronomiæ documenta, Sacerdotibus Aegyptiis tradita, a *Pharaone* Rege cum honore exceptum, multaque pecunia donatum testatur idem *Iosephus Flauius*.

k) Necessario igitur tenendum est: *Adamum* fuisse primum, et maximum Astronomum, qui Menses, et Annos determinauit, numerauitque, quique suos Filios, et posteros instruxit in Astronomia; a quibus deinde per continuam Patriarcharum successionem, id est: Traditionem manuscriptam ad tempora vsque *Mosis* peruenit, qui in Aegypto natus, et in aula *Pharaonis* educatus, a Sacerdotibus Aegyptiis, Astronomiam ab *Abrahamo* acceptam colentibus, omni scientiarum genere, cum primis Astronomia eruditus, Genesim ab *Abrahamo* in Aegypto depositam exscripsit, et in deserto Arabiae populo Israelitico vulgavit. — Huc omnino referendum est, quod celeberrimus Astronomus *Tycho de Brahe* in sua Elegia

scribit Vranoburgi *Henrico Ranzodio*, sapientia, et eruditione
 excellenti Regis Daniae in Holstia Vicario, et Consiliario
 anno 1585.

A veteri Monumenta Poli nam ducis *Adamo*
 Per *Sethum*, et *Sobolés*, et per *Enocham* pium.
 Utque Pater *Thares*, et Filius ipse *Abrahamus*
 Sideræas populos edocuerunt Vias.
 Et quos præterea tibi Pagina sacra ministrat,
 Quosque etiam crebro scripta profana ferunt. etc.

Ut vero Lectores continuam, et non interruptam de
 ore ad os, de manu ad manum observationum astrono-
 micarum tum *Adami*, tum posterorum eius, seu primorum
 Patriarcharum ad *Abrahamum* usque factam, veluti vno
 intuitu intelligant, Tabellam chronologicam subiicimus
 Annorum Natiuitatis, et Mortis omnium Patriarcharum ab
Adamo usque ad *Abrahamum* descendentium. En eam:

Anni Natiuitatis, et Mortis primorum Patriarcharum
a creatione Adami secundum Codicem Hebraeo-
rum, et Vulgatam latinam computati ab
 HELLIO Astronomo Caesareo Regio.

	Natus Anno	Mortuus Anno
Primus Homo <i>Adamus</i>		2
<i>Seth</i> Filius <i>Adami</i>	130	930
<i>Enos</i> Filius <i>Sethi</i>	235	1042
<i>Cainan</i> Filius <i>Enos</i>	325	1140
<i>Malaleel</i> Filius <i>Cainan</i>	395	1235
<i>Iared</i> Filius <i>Malaleel</i>	460	1290
<i>Henoch</i> Filius <i>Iared</i>	622	1422
<i>Mathusalem</i> Filius <i>Henoch</i>	687	—
<i>Lamech</i> Filius <i>Mathusalem</i>	874	1656
<i>Noe</i> Filius <i>Lamechi</i>	1056	1651
<i>Sem</i> Filius <i>Noemi</i>	1556	2006
<i>Aphaxad</i> Filius <i>Semi</i>	1658	2158
<i>Sale</i> Filius <i>Aphaxad</i>	1693	2096
<i>Heber</i> Filius <i>Sale</i>	1723	2126
<i>Phaleg</i> Filius <i>Heber</i>	1757	2187
<i>Rou</i> Filius <i>Phaleg</i>	1787	2096
<i>Sarug</i> Filius <i>Rou</i>	1819	2026
<i>Nachor</i> Filius <i>Sarug</i>	1849	2049
<i>Thare</i> Filius <i>Nachor</i>	1878	2097
<i>Abraham</i> Filius <i>Thare</i>	1948	2083
		2123

His datis viaserunt cum ADAMO

	Annis
<i>Seth Filius Adami vixit cum Adamo</i>	300
<i>Enos Filius Seth vixit cum Adamo</i>	695
<i>Cainan Filius Enos</i>	605
<i>Malaleel Filius Cainan</i>	535
<i>Iared Filius Malaleel</i>	470
<i>Henoch Filius Iared</i>	308
<i>Mathusalem Filius Henoch</i>	243
<i>Lamech Filius Mathusalem et Pater Noemi</i>	56

P e r r o

	Annis
<i>Lamech Pater Noemi vixit cum Adamo</i>	56
— — — — — cum <i>Seth</i>	168
— — — — — cum <i>Enos</i>	266
— — — — — cum <i>Cainan</i>	361
— — — — — cum <i>Malaleel</i>	416
— — — — — cum <i>Iared</i>	548
— — — — — cum <i>Mathusalem</i>	777
— — — — — cum <i>Noemi</i> Filio suo	896

Deinde

D e n, d e

Annis

<i>Noe Filius Lamechi vixit cum Enos Nepote</i>	
<i>Adami</i>	84
— — cum <i>Cainan Filio Enos</i>	149
— — cum <i>Malaleel Filio Cainan</i>	234
— — cum <i>Iared Filio Malaleel</i>	366
— — cum <i>Mathusalem Filio Iared</i>	600
cum <i>Lamecho Filio Mathusale Patre suo</i>	595

D e n i q u o

<i>Thare Pater Abrahami vixit cum Noemo</i>	128
Et ipse <i>Abraham vixit cum Noemo</i>	58
Idem <i>Abraham vixit cum Sem Filio Noemi</i>	175
— — — cum <i>Arphaxad Filio Semi</i>	48
— — — cum <i>Sale Filio Arphaxad</i>	175
— — — cum <i>Heber Filio Sale</i>	175
— — — cum <i>Phaleg Filio Heber</i>	48
— — — cum <i>Reu Filio Phaleg</i>	78
— — — cum <i>Sarug Filio Reu</i>	101
— — — cum <i>Nachor Filio Sarug</i>	49
— — — cum Patre suo <i>Thare Filio Nachor</i>	135

Haber

Habes igitur, quam dixi, admirandam successione
 Traditionis, quam *Abrahamus* ex ore, et manu *Noemi*,
 quocum vixit Annis 58; *Noemus* ab *Enos*, nepote *Adami*,
 quocum vixit Annis 84; Idemque a Patre suo *Lamech*,
 qui ex ore et manu ipsiusmet *Adami*, quocum *Lamech*
 vixit annis 56, accipere potuerunt, imò vero acceperunt. —
 Hanc, ut aiebam, iterum ab *Adamo* inchoatam, et ad
Abrahamum usque ortenens, et in Manuscriptis productam
 Traditionem *Abrahamus* in *Aegyptum* detulit, et Sacer-
 dotibus huius Gentes (ut supra retulimus) communicavit,
 a quibus eam *Moses* accepit, et in *Librum Geneseos* in-
 tulit, vulgavitque. — Haec erant illa occultissima Sacer-
 dotum *Aegyptiorum* *Mysteria*, magno cum ardore, et desi-
 derio a multis veteribus Philosophis, ut *Pythagora* etc. in-
 quisita, quae sub variis Hieroglyphis ab *Abrahamo* ac-
 ceptis, non aliis, quam suis (magnis cum ceremoniis)
 initiatis Sacerdotibus summo sub secreto communicarunt. —
 Historia scilicet chronologica a creatione *Adami* ad *Abra-*
hamum usque deducta, quam *Genesis* *Moseos* exhibet,
 continens: *Verum Dei veri, et summi, a Dea ipso*
primo Homini, et posteris eius reuelatum cultum, veram-
que Religionem.

Si continendam hanc, et aequam interruptam Traditio-
 nem seu Autor *Libri Horus*, seu generis eiusdem Philo-

sophi

Populi ad examen provocassent, admisissentque in animum, in eum, quem ore, manuque sequuntur, et spargunt, errorem profecto deovare non potuissent: nisi credamus eos agnitam Veritatem, repugnante conscientia sua, impugnavisse, destruereque voluisse. Ut autem hoc credamus, volunt: quia quod notum est Dei, ait Apostolus Gentium, manifestum est in illis; Deus enim illis manifestavit. Invisibilia enim ipsius a Creatore Mundi per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur; sempiterna quoque eius Virtus, et Divinitas, ita, ut sint inexcusabiles: quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, — sed evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes — se esse sapientes, stulti facti sunt. — Plura sunt, quae facer hic Orator in eadem ad Romanos scripta Epistola dicit de talibus Philosophis, et adeo gravia Veritatis momenta, ut non possint Mentem et Animum non vulnere; Hominis non proflua obcecari, et obdurati, longaque a Deo projecti.

l) VRANVS, seu *Coelum*, olim non solum Aris, et Thure, sed etiam humanis victimis, praesertim in Africa colebatur.

m) VRANIA igitur est omnium Musarum antiquissima, et prima, utpote ADAMO coaeva. — Quo autem ordine chronologico reliquae Musae sint natae? opinari licet, sed non definire. — Si ergo opinandum sit, puto sequentem ordinem posse

posse statui. **VRANIAM** sequitur **ERATO**, hanc **CLIO**, de-
 inde **EVERGESS**; tum **TERPSICHORE**, et **CALLIOPE**, atque
 ita **THALIA**, **MELPOMENE**, et **POLYHYMNA**. — **ERATO**
 enim sectatur **Amores**, **CLIO** facit **Historiam**, **EVERGESS**
 diligit **Musica**, **TERPSICHORE** regit **Choreas**, **CALLIOPE**
 canit **fortia facta Heroum**, **THALIA** dat **Comoediam**, **MEL-**
POMENE facit **Tragediam**, **POLYHYMNA** fingit **Gestum**, et
Actionem. — Si vere **Chronotaxim Musicae artificiosae a**
MOSÈ traditam scrutemur, (nam **Musica** **naturalem**
hominibus congenitam **du** ante **artificialem** fuisse certum
 est) hanc **series** **inuentam** esse intelligimus; **MOSÈS** enim
GEN. IV. v. 21 ait; *Iubal* **Filium** *Lamech* fuisse **Patrem**
canentium **athara**, et **organo**. *Iubal* autem ponitur in
septima ab **ADAMO** **Generatione**; sic enim habet **series**:
ADAM, **CAIN**, **HENOCH**, **IRAD**, **MAVIAB**, **MATYSAB**,
LAMECH, **IUBAL**, quae **series** ab **ADAMO** ad **IUBAL** con-
 sistit **annos** **prope 1600** ante **Diluvium**, quod contigit a
 creatione **Adami** **Anno 1656**.

I N D E X

P A R T I S P R I M A E.

S E C T I O I.

5^{pag.}

1. Ad Lectorem 5
2. Virgini Deiparae in Coelam ascendenti 3
3. Mariae Theresiae Hung. Reginae Aug. 4
4. S. Martini Statua in Templo Eccl. Coll. Possidens 5
5. Mauors Hungariae Nadaadius 7
6. Mors, et Amor post pugnam foedus inveniunt 8
7. Amor Caecus 9
8. Amoris Imperium 10
9. Stella Nova in Coelo Austriae 11
10. Poeta Mercurianus in Villa Albana feriatur 12
11. Visio Nocturna 14
12. Puer Adceps ludificatur, et sanctus docetur 15
13. Ad Riuulum 16
14. Homini

I N D E X.

	<i>Pag.</i>
14. Homini scelerato poena intentatur	17
15. Phyllidi Aquas offerenti	18
16. Homo multimodis monstrosus, et malus	19
17. Puero singularibus dotibus ornato	20
18. Mercurianus Ferias suas terminat	21
19. Nicolao Schmidt Inferiae	22
20. Quatuor Franciscis Onomasticon agentibus	23
21. Academia Nobilium Timaniae	24
22. Ad Virgineam Deiphasam Affectus	24
23. Threnodia in Occasu Societatis Iesu	25
24. Socio morienti	27
25. De Anno S. I. fatali	28
26. Poeta Rus iturus	28
27. Philomela dolens Poetae anget suo cantu	29
28. Ad Lares Domesticos post expulsum Domum	30
29. De Pecunia Terrarum Regiae, et Dea	31

S E C T I O II.

1. In Contemplatione Reas	33
2. Satyra Ione tenante	33
3. De	

I N D E X.

	<i>Pag.</i>
3. De Cupidine arcu, et sagittis armato	34
4. Spectaculum Glo bi Aerostatici	35
5. Infantem in Cunis Spectat Poeta	36
6. Peregrinatori quidam Erudito	36
7. De Thermis Budensibus	37
8. Dies Natalis Amici	39
9. Heredi opulento, sed improbo	39
10. Ad Poetam de Morte MARIAE THERESIAE Aug.	40
11. Doctori Politiae	41
12. Scriptori Glorioso	41
13. De Obtrektatore meo	42
14. Ad Marcum de Somno Cynthiae querulantem	43
15. Ad Solem de Somno diuturno	44
16. Andreas File die Nominis	45
17. Mathematico coaequo	45
18. Elisabetha C. Zichy aegrotante	46
19. Bibliotheca Theologica fulmine tacta an. 1783.	48
20. Ioanni Sajnevits Afronomo	49
21. Dynastiae Tordasiensi	50
22. Eidem in Urbem reduci	51

I N D E X.

	<i>Pag.</i>
23. Cl. Adamo VISEA	51
24. Ill. Antonio Vörös de <i>Fardd</i>	52
25. Votâ pro Comite Carolo SIGRAI	53
26. Cl. Adamo VISEA Hermeneutico	54
27. Seminarium Cleri Generale Buda ablatum	55
28. Doctoribus Theologiae Buda discendentibus	56
29. De Monlli famigefato in Gallia	57
30. Ill. Antonio Vörös	59
31. Eidem	59
32. Conuiuium Eraditorum	60
33. Vera Amazon in Hungaria	61
34. Petro e Com. de RéWA	63
35. Vaticinium de Ioanne PALAFOX	64
36. Antonio C. BRVNSZVIK	69
37. Petro C. de RéWA Epicedium postulanti	70
38. Metamorphosis Iuuenum Scholasticorum	71

SECTIO

I N D E X.

S E C T I O I I I.

	<i>Pag.</i>
1. Ordo S. PAVLI Eremitae dissoluitur - - - -	74
2. De Pomoerio Urbis Budae - - - -	78
3. De Horto multis Liliis consito - - - -	79
4. Antonio C. JANKOVITS Praesidi VII. Viram - -	79
5. Lis Humana Iudicio Deorum diremta - - -	80
6. Epistola ad RR, Nicolaum KONDE - - - -	82
7. Ad Diem Nuptialem C. Petri RéWA, et C. Estheris SÁNDOR - - - -	84
8. De Horto C. Antonii JANKOVITS - - - -	85
9. Ad CATHARINAM II, Russiae Imp. - - - -	86
10. Epithalamium Stephano ATZÉL Cons. Reg. - -	88
11. Patrono Musarum Rufficanti - - - -	90
12. Petro C. de RéWA Vicario Gubernii Trans. Praesidi -	90
13. Lusus Poeticus de Aura Nympha - - - -	91
14. Iosepho DESCHAN Administratori R. C. Temes. - -	94
15. In Mortem verae Amazonis - - - -	95
16. Epigrapha in nouam Domum Excell. ŪRMÉNYI - -	96
17. Festum S. ANTONII Ruri celebratum - - - -	96
18. Carmen	

	<i>Pag.</i>
18. Carmen Nuptiale	97
19. Noui Episcopi an. 1787.	98
20. Franc. Xav. L. B. SPLENYI Episcopo Vaciensi	99
21. Franc. Xav. KALATAI Episcopo M. Varad.	100
22. Poeta Mörbidus ad Deum Medicum	102
23. De Franc. C. BALASSA Bano Dalmi. Croatiae etc.	103
24. Fratri meo IOSEPHO Eccl. Metr. Col. Canonico	104
25. De Nocte antiqua Dea	106
26. Ad Manes Ioannis Hunniadis	107
27. Nicolao ŠKERLECZ de Lomnicza	108
28. Georgie MAJLÁTH de Székhely Con. Reg.	109

S E C T I O I V.

1. Monumentum Exc. Comitis Georgii FERETS	111
2. Labyrinthus Allegoricus	115
3. Epicedium Theresiae L. B. SÁNDOR	116
4. Culex in Parnasso ad Poetam Nuncius	118
5. Laetitia, et Salus in Potu Mexicano	119
6. Viatori Tumulum Hominis Satyrici praetereanti	120
7. Dialogus	

I N D E X.

	<i>Pag.</i>
7. Dialogus de Venatione	121
8. Amico Connubium ineunti Responsum	125
9. Ad Iulium Pharmacis sine modo ventem	126
10. De Numero Hominum	127
11. Hercules Foemineas in Veste Fila trahit	127
12. Amor apud Vraniam, Carmen Nuptiale	128
13. Fulvius Adolescens ad Simulacrum Cupidinis	129
14. Amoris Stultitia	130
15. Sociis ad Amphitheatrum insultanti	131
16. De Frequenti Autochiria	132
17. Epicedium Cani Melaenae datum	133
18. Clypeus Felicitatis a Minerva datus	134
19. Danubius frigore confrictus	136
20. Ad Fornacem	137
21. De Periculis Iuventutis	138
22. Doctori Saero Vota fugienti	139
23. Ad Christum Ligno Crucis adfixum	139
24. Doctori Physicae	140
25. Pyrrho illustri, et magnae spei Iuveni	140
v	26. Poeni-

I N D E X

	<i>Pag.</i>
26. Pœnitentia Facti	141
27. Roma Vetus graphice descripta	142
28. Ad Cincinnatum	143
29. Homini de sua deformitate dolenti	144
30. Leo Rustici Filiam amat	146
31. Alauda comtus Adolescens in Auem sui nominis	146
32. Andreae Galy Salutem	149
33. Eucharisticon Dinae APOLLONIAE Virginis	
Martyri	151
34. Bibliotheca Regis MATTHIAE CORVINI	152
35. Ad Amicum, quid Ruri faciam? quaerentem	153
36. Ad Philosophiam	155
37. Iuveni de Imagine venuste picta	156
38. Apotheosis Mentis Humanae	157
39. Poeta, dum in obscaenum Poema incidit	159

PARTIS

I N D E X.

P A R T I S S E C U N D A E.

S E C T I O I.

	<i>Page</i>
1. Lectori Amico	161
2. Mercurianus tendit ad alterum Montis Verticem	162
3. De Morte, in Memoriam C. Antonii JANĀKOVITS	164
4. Orsova mense Aprili anni 1790 expugnata	166
5. Poëta quibusdam annis ferior in Silva Parnasi	167
6. Ad Liorem	169
7. Vaticinium Iani Anno 1796	170
8. Ad Iridem Anno 1796 sæpe visam	172
9. Calamitas Temporum	173
10. Georgio MAILATE Causarum Regalium Directori	174
11. Anglorum Victoria ad Ostia Nili an. 1798.	175
12. De Pio VI. Pont. Max. captō, et abductō	176
13. Bello iterum Recrudescente	177
14. Coniugibus Porphyrogenitis IOSEPHO A. A., et ALEXANDRAE M. P. R.	178
15. Imago Spectaculi exposita	181
16. Carmen	

I N D E X.

	<i>Pag.</i>
16. Carmen <i>Seculare</i> - - - - -	182
17. <i>Lad. e Com. KOLLONITZ A. Ep. Colocensi</i> - - -	184

S E C T I O II.

1. <i>Memoriae ALEXANDRAE Mag. Prin. Russiae</i> - - -	186
2. <i>Ill. Iosepho IZBENCZY de Monoflor Cons. Stat.</i> - -	187
3. <i>Ad Pieterem de Ludouico BOROS Cons. Aul.</i> - -	189
4. <i>Germaniae Vindici CAROLO A. A.</i> - - - - -	191
5. <i>Iosepho A. A. et R. H. P. ex Italia redeunti</i> - -	191
6. <i>Iosepho DENHOFFER Archiatro Aulæ Reg. Budensis,</i> <i>et Cons. Reg.</i> - - - - -	193
7. <i>Georgio Sigism. LAKITS Cons. Reg. Locumt.</i> - -	197
8. <i>Stephano SCHENVISNER Bibliothecario Vniuersitatis</i> -	198
9. <i>Seren. Principi Reg. FERDINANDO A. A. Budam</i> <i>venienti</i> - - - - -	199
10. <i>Anno Aetatis meae Sexagesimo</i> - - - - -	200
11. <i>Epitaphium Georgio PRAY Historiographo</i> - -	201
12. <i>CAROLO Aufrio Germaniae Vindici, et Pacificatori</i> -	202
13. <i>Stephano TARRÓDY Cons. Reg. Locumt.</i> - - -	204
14. <i>Refitutio</i>	

I N D E X.

Pag.

14. Restitutio Ord. Relig. Benedictinorum, Praemonstratensium, et Cisterciensium	205
15. Amico Specioso; quod Honores non mutant Mores	206
16. Sepulcrum Florae inter Hungaridas celebratae	208
17. De vacua Amoris Pharetra	209
18. Ad Virginem Dei Matrem Dolorosam	210
19. De Lauro, quam Ianus Pannonius plantavit	212
20. Ad Gryllum nocturno fridore importunum hospitem	213
21. Petro, qui meos Versus emendare volebat	214

S E C T I O I I I .

1. Comes Franciscus Széchenyi Bibliothecam Hung. Patriae dicat	215
2. Pictor inter Virtutem, et Fortunam foedus facere parat	217
3. Mulier optat mori pro Coniuge	218
4. Podagra suos Hostes viciscitur	219
5. Poeta Scripta sua Invenilia flammis tradit	221
6. Consilium	

I N D E X.

	<i>Page.</i>
6. Consilium contra Mordacitatem Femineam	221
7. De Pulvere Herbae Nicotianae	223
8. Ecloga de Natiuitate Domini	225
9. Stanislaus KOSTKA Vienna fugit	228
10. Querimonia Erasmi Adolescentis	235
11. Allegoria de Libro Carminum	236
12. Iosepho BOROS Cons. Locumt. Reg.	237
13. Daniel Emericus BOGDANICH Astronomus mortuus	238
14. De Andrea VÁLY Prof. Lit. Hung.	239
15. Annae Carmen Latinum postulanti	239
16. De Rosa Florum Regina	240
17. Exc. Paulus ALMÁSY Sac. Coronae Custos	241
18. Fortuna in se, suisque Cultoribus varia	242
19. Mineruae Doctor e veteri Adagio.	244

S E C T I O

I N D E X.

S E C T I O I V.

Pag.

1. Historia Poetica Musae VRANIAE, quam inter Planctas
reperit Cel. *Herschelius* - - - - - 245
2. Elegia Epididica: quod VRANIA sit, primogenita
VRANI Filia, seu Astronomia primo Homini
coaena - - - - - 276

* * *

Errores typheticos, uti sunt:

Pag. 216. Ptoſomaeo *pro* Ptolemaeo, et alios forte occurrentes
Beneuolus Lector facile corriget.



Österreichische Nationalbibliothek



+Z165007602

Digitized by Google

